






BOISSARDI
ANTIQVIT
ROMANA











NEC CITO NEC TARDE
MURUS AHENEUS


ΠΑCCΙΝ ЄΥ
ΦΡΟΝΟΥCΙ
CΙΜΜΑΧЄΙ
ΤΥΧΗ.
NVL SANS SOVCY
DE BRY.
III. PARS
ANTIQVITATVM
SEV
INSCRIPTIONVM
& Epitaphiorum quæ in saxi
& marmoribus Romanis videntur
cum suis signis & imaginibus
exacta descriptio.
auctore
IANO IACOBO BOISSARDO VESVTINO
Omnia elegantissimis figuris in ære
incisis illustrata,
per
THEODORVM DE BRY LEODIẼSEM,
Civem Francfordien. A°. M.D.XCVII.

IN EFFIGIEM
IANI IACOBI BOISSARDI VESVNTINI, PETRVS LEPIDVS METENSIS, REGIORUM negotiorum summus Procurator apud Mediomatrices, Virdunenses, & Tullianos.




Ospes, qui vagus in scientiarum
Hortis expatiaris, vt Mineruæ
Doctas ingenium excolas per artes;
Quem tu conspicis heic breui tabella

Expressum Bryii arte penicilli,
Ille est Sequanici ad Dubis fluenta
Boissardo genitus parente vates,
Phœbo & Castaliis Deis amatus.
Ille est qui facili stylo & colore
Vrbes OEnotriæ, & situs locorum,
Portus, valla, pharos, lacus, cauernas,
Montes & fluuios scaturientes,
Diuersosq; habitus manu erudita
Descripsit, statuasque, imaginesque,
Et prisci monumenta cuncta sæcli,
Impensisque laboribusque magnis,
Publicam vtilitatem vt adiuuaret,
Solers edidit artifex, typisque
Æuiterni operis Theodorici
Libro hoc proposuit tibi intuenda.
Tu de te meritis bene has repende
Grates, vt studium vtriusque vultu
Sereno excipias, probesque. Virtus
Illorum expedit vnicum hoc, nec vltra.

IN EFFI-



IN EFFIGIEM

THEODORI DE BRY LEODIEN.

SCULPTORIS PRÆSTANtissimi.

TEUC. ANNÆI PRIVATI C.



SI prior est ætas mirata, toreumata cœli
PHIDIACI, *doctasque manus celebresque labores*
ZEUXIDIS, *aut si quos dederit diuinus* APELLES.
Ecquid erit nostris sua gratia cassa Magistris!
Quos nec ab ingenio, seclum hoc, nec ab arte minores
Protulit, aut labor ad meritos euexit honores.
Aspice quam præsens THEODORI *industria multos*
Exuperet, palmamq; vsu præuertat & arte;

Dum Podagræ *nodis tophisq́; innexus inultæ*
Tot monumenta parat magnum celebranda per orbem,
Iamq́; senex plane, sibi tot vernantibus ausis
Immortale facit nomen, seq́; abdicat vmbris.
Ille & *inaccessas Nabathæa per æquora gentes,*
Atque alio penitus terras sub sole iacentes
Expressit scalpro, moresue habitusque DEOSQVE.
Informes, nudas gentes & prælia cruda,
Arte noua effinxit, signisque inscripsit ahenis.
Ille Getasque Scythasque *truces; Regesq́; Ducesque*
Pannonios, *structasq́; acies & sceptra* RODVLPHI
Cæsaris, *Austrasiæque Duces, magnosque penates*
Magnifico insculpsit operi insignique labori.
Ille tot aratis Emblemata *publice signis*
Protulit, ingenuos formans in imagine mores,
Erudiensq́; animos descriptis ære figuris.
Iamque recens adeo, quo non præclarius vllum
Extat opus, studio nocturno, operaque diurna
Confectum, artificisque impensa & sumptibus amplis
Exactum, quo se ter maxima ROMA *stupendam*
Exhibet, atque nouis iterum Natalibus exit.
Nec sese formis septem pulcherrima ROMA
Iactarit, quantum monumentis vndiq́; priscis
Fulserit, antiquis passim celebrata Colossis,
Thermis, magnificis Regionibus, Amphitheatris.
Omnia quæ medios inter nunc publica soles
Edita, & artificem THEODORVM *sculpta fatentur.*
At tibi digna tuo quænam Boissarde *labore*
Præmia Dii dederint merito? qui cuncta perita
Ipse manu præscripta notas & præcipis Autor.
Non tua lethæis mergetur fama sub vndis,
Orbis & Vrbis opus totus mirabitur istud,
Par quod amicorum Boissardus *& ille* Bryæus
In medium socio modo proposuere labore.
Ambo senes septem numerantes lustra senectæ,
Ambo nodosa distorti membra podagra.
Viuito sorte noua ter florentissima ROMA,
Cumque tuo felix operum Boissarde Bryæo,
Pro tantis meritis Superos sperate fauentes.
Pergite in Exemplum seros ornare Nepotes,
Nomen & æterna de posteritate mereri.
Ecquid in Exemplum laus hæc referenda probandum
Nimirum studii tantum, tantumque operarum
Decrepitos potuisse senes tolerare? quid obstat
Vt simili se laude ferant de more minores.
Hæc igitur præsens, quam cernis amice, tabella
Effigiem illius THEODORI *cominus offert:*
Tu grates illi pro exhausto soluè labore,
Illius vtque opera quoque deinde fruare, senectam
Sculptori vegetam lætamq́; precare benignus.
Tum si fata diem component sera supremum,
Vt mensis Diuum & iucundo Nectare viuat,
AEternumque ferat post vltima funera Nomen.

AD LE-

AD LECTOREM,

IANVS IACOBVS BOISSARDVS VESVNTINVS.



VM nati non ſimus nobiſmetipſis, ſed patriæ, proximoq; & amicis, laude præcipua dignos exiſtimo, qui ſuam operam quantum ab iis fieri poteſt, impendunt & referunt ad vtilitatem multorum, ſeſeque ita gerunt, vt poſt obitum aliquod teſtimonium relinquant, quo probari poſſit, illos ſocietati humanæ & commodo publico ſtuduiſſe. Quare dum viuimus, omnis noſtra cura debet in hoc verſari, ſemper ſi poſſumus, vti boni aliquid faciamus, & reipublicæ ſimus vtiles, proximoq; frugiferi. Nihil enim eſt tam tetrum, nihil tam aſpernandum, nihil homine indignius, ſiue iuuentutem, ſiue virilitatem attigerit, aut eius ad ſenium vergat ætas, quam otioſum & curis vacuum tempus impendere: bene mereri de multis laus eſt præſtantiſſima. Hæc cùm vera ſint, habebit poſteritas, quo Theodorum de Bry Leodienſem inter eos reponat, qui bono & vtilitati publicæ ſtuduerint: Qui ſi primo loco conſtitui nequeat, nulli certe ſecundus habebitur. Si diligenter conſideremus, quantis ſumptibus, quantis laboribus & vigiliis hactenus rempubl. literariam adiuuerit: quam tot excellentibus libris ornauerit & auxerit; ad hunc ſcopum referens omnes ſuos conatus, vt ſtudioſorum curæ inſeruiret, & iucunditatem delectationemque ſingularem vtilitati coniungeret. Nemo eſt qui non legerit Indicarum nauigationum hiſtorias, quas non ſolum emiſit in lucem eleganti narratione conſcriptas; ſed ſingula ſubiecerit oculis artificioſiſſimis picturis expreſſa, & tabulis aheneis ingenioſiſſime ſculptis omnem rerum geſtarum ordinem & ſeriem expreſſerit. Cumque ad prouectam iam deuenerit ætatem, ſeptuagenario non multo inferior, non patitur tamen ſenium infrugifero torpeſcere otio. Sed priſtinæ inſiſtens ſolertiæ & diligentiæ, aſſiduos dies occupat ſculpturæ. Ipſe verò ſenex ſit licet, chiragra podagraq; debilitatus, manuſq; ac digitos nodoſis tophis hebetatos habeat, animo tamen viuaci, & robur imbecillis corporis ſuperante, non deſinit ſumma arte, & expeditiſſima habilitate omnia cœlare & ſculpere: quo in exercitio plurimos etiam ætatis flore valentes videtur ſuperare. Romanarum enim Antiquitatum, & inſcriptionum libros ſuſcepit excudendos, quibus marmora antiqua cum ſignis, figuris, & forma ſua depinguntur. Totum hoc opus in quatuor tomos diuidit, vt compendioſius rem gerere poſſit, & ſumptibus conſulere, tam ſuis, quàm coementium: vt ſaltem eorum partem precio tolerabili obtineatis, qui

totum

totum nolit emere. Addetur Deo volente inscriptionum his voluminibus antiquæ Romæ typus & descriptio, cum suis insulis & regionibus: quales nobis expressit P. Victor, & Honufrius Panuinus: cui coniungetur hodiernæ vrbis Topographia amplissima, qua singula singulorum locorum tam publicorum quàm privatorum ornamenta, qualia nunc videntur, & quatridui spatio lustrari possunt obiter ab ijs qui Romam proficiscuntur. Ea si laudentur, & à benignis lectoribus æqua fronte suscipiantur, subiiciemus locupletissimam Deorum genealogiam, & eorum simulachra; qualia ab antiquitate marmoribus expressa seruantur tam Romæ, quàm in aliis Italiæ vrbibus, quibus addentur singulorum vitæ, & origines: & ne quid in his lector desideret, modum sacrificandi, instrumenta sacrificiorum, sacerdotumque habitus exprimemus. Postremo succedet inscriptionũ peregrinarum tomus vltimus: quo continebuntur aliquot Italiæ, Galliæ, & Germaniæ monumenta. Hæc tibi, Lector candide, si probabuntur, & cum fructu & delectatione excipientur, abunde satisfactum erit autori Boissardo & sculptori de Bry: quorum studia eo tendunt, vt omnibus prodesse possint & placere.

Vale.

ILLV-





ILLVSTRI AC GENEROSO VIRO

HERMANNO A GHOER, BARONI DE PESCHE, DOMINO VILLARTII, ANDRImontii, Brohainæ, &c. Domino suo colendissimo,

Janus Iacobus Boissardus Vesuntinus.

LAVDE præcipua digni semper judicati sunt, Heros generose, qui studia, conatusque suos omnes ad vtilitatem publicam contulerunt: Quoq; plus profectus in eo quis fecit, hoc de omnib. optimè mereri dictus est. At cùm occupentur homines circa subjecta dissimilia, quicquid aggrediuntur, quo magis prosunt proximo, eo commendationem sibi conciliant luculentiorem. In hoc ordine reponi debent Theologi, Medici, Iurisconsulti, & juventutis institutores. Curam enim gerunt animæ, corporis, & bonorum. Secundum locum obtinent, qui honestæ delectationi inserviunt: vt Musici, Pictores, Architecti, & multi alij artifices, qui res necessarias ad conservationē vitæ hujus suis jnventis ornāt, & expoliunt. Hi omnes dici possunt membra conuenientia ciuitatis, & Reipublicæ benè constitutæ. Nec quisquā eorum sua laude frustrari debet: dum modo aliquid in publicum conferat, quod ad vsus cōcivium facere judicetur. At felix est is, cujus virtuti fortuna comes est Non enim omnibus idem successus est: neq; eodem applausu benè facere datur vnicuique. Cùm hoc malè auspicato sæculo nemo fere reperiatur, qui invidiæ morsus, & vellicationem vitare possit. Multi sunt (quorum malus est genius) qui aliena opera ita tractant, ut curiosè inquirat quod reprehendi possit, morosam de minimis defectibus censuram ferentes: obiter autē prætereunt, dissimulanterque, quod est laudabile In eo doctrinam consistere putant, si argutê ostentent alienos næuos: suam autem maliciam ardeliones non

corrigant. Hic metus me hactenus impedivit, quo minus in publicum emitterem librum hunc; veritus non mediocriter Coryceorum istorum sannas; qui superfluos diceret meos conatus, quod materiam jam pridem ab aliis locupletissime tractatam iterum assumerem, & crambem fastidientibus bis proponerem. Vicerunt tādem meam formidinem frequentes amicorū hortatus; qui precibus, & assidua instigatione compulerunt, ne tam diu isthæc supprimerem, quæ à plurimis cum fructu, benevolentia, & delectatione susciperentur. Atq; utinam tempestive eorum monitis me præstitissem audientem & morigerū. Non amisissem magno dispendio, & insanabili dolore, quæ mihi perierunt. Cùm adhuc essem juvenis, suppeterentq; vires corporis, in primis mihi ea insedit cura, Academias celebriores invisere: ut familiari conuersatione cum doctoribus, judicium aliquod in re litteraria mihi adquirerem. Cumq; naturali semper desiderio flagrarem videndi regiones externas, è Germania me in Italiam cōtuli: in qua sexennio integro vixi, studiis bonarum literarum, artiumq; occupatus: & lustratione accuratissima tot præclararum urbium, quæ singulæ possent hominem multos annos detinere: Tam varia, tam admiranda prębent peregrinis inspicienda. Cumq; per calores æstatis, & hyemis frigora incommoda sit ubiq; profectio, summa diligentia illis anni tempestatibus excipiebam, quod observatione dignum esset. Ac ineunte vere, principioque autumni me in viam dabam, cum amicis earumdem rerum studiosis, sollertiq; indagatione præsentes disquirebamus, & scripto, picturaq; exprimebamus, quod nobis aliquando usui fore videbatur: accrescentibusq; nostris observationibus, augebatur & plura discendi cupiditas. Factum autem est ut Neapoli in Calabriam cum sociis itinerum profectus, moraremurq; diutiùs quàm par esset in locorum perlustratione, neq; comitatus ille equestris (quē caravannā vocāt, eiusq; præfectum Procaciū) tunc esset nobis idoneus, neq; tutus nobis videretur reditus Neapolim, ob latrocinia frequētia, quæ plurimos paulo ante in discrimen vitæ adduxerāt: Consultū omnib. visum est Hydrunto soluere, & traiicere in Corcyram; unde in Cephaleniam, Zacynthum, deinde in Peloponnesum venimus: trahente nos longius vidēdi cupiditate, quā bono judicio. Ibi cū in statione moraremur, audivimus adpropinquare Venetorū triremes, quæ quotannis Iopē viatores (quos peregrinos vocant) devehunt, & illic exponūt, ut Hierosolymas invisant: cū quib. placuit Syriæ partē videre. Sed contigit ut Methonæ febri ardentissima correptus, à suscepta navigatione revocatus sim: relictusq; apud mercatores Venetos, qui in ea urbe negotiabantur. Vbi postquā convalui, veni in Honufrii Pallantii familiaritatē. Huius cōsilio me recepi in monasteriū quod incolebat (erat enim monachis sancti Basilii præfectus,

quem

quem Protosyndulum vocant: fratresque illius ordinis Callogeri, vel Callogerótes dicuntur) Hic Honufrius, ut erat vir pietate, doctrina, ac singulari comitate præditus, tractauit me amice, detinuitq; menses fere quinq;, studiis meis adprimê delectatus: & quod videret me vacuas horas poesi, pictura, vel sculptura indesinenter impendere, indefatigabiliq; labore disquirere fragmenta & reliquias antiquitatis, inscriptiones marmorum, & numismata Principum Græcorum & Latinorum: quæ passim inveniuntur, quocunq; sese olim extendit Imperium Romanum. Boni hujus viri beneficio factum est, vt, licet cũ difficultate, pleraque loca maritima, & multarum urbium ruinas magna cum voluptate, & admiratione cõtemplarer. Quas calamo quàm potui artificiose conatus sum exprimere: sicut & Italiæ, aliarumq; regionum antea feceram, & postea feci. Non solum urbes, arces, cœnobia, portus, montes, lacus, fontes, speluncas, & aliorum locorum situs, de quib. historiæ mentionem aliquam faciunt: sed etiã breui narratione adnotaram origines, leges, mores, habitusq; populorũ, & quicquid animadversione dignum putabam. Hoc mihi cùm satis feliciter successisset, & à multis viris doctissimis cum laude non mediocri meũ studium exciperetur, sperabam fore, ut temporis successu tantos labores, tantisque sumptibus collectas observationes in publicum emitterem. Sed cùm multis annis præfuerim institutioni generosorum juvenum Francisci & Gedeonis filiorum illustris Herois Claudij Antonij à Vienna, Baronis Clervantij, Copetij, &c. quibus præceptor fui successive in Gallia, Germania, & Italia: Hæ me à proposito diverterũt occupationes, quominùs potuerim præstare, quod jam dudum mihi erat in animo. Postquam autem adolevissent, & cum pio parẽte infelicibus his bellis civilibus (quibus Gallia & Belgium flagrant, & funditus corruũt) magno bonorum omnium dolore pro patria vitam impendissent: Tantis Mecænatibus destitutus (licet eorum mater clarissima matrona Catharina Heuia, ex mariti mandato mihi liberalissimê providerit de omnibus necessariis) senex jam factus domum me recepi; ut reliquum vitæ spatium, quod mihi largitura est Dei benignitas, impenderẽ transcriptione, & dispositione eorum, quæ sine ordine confuse servabantur meis scriniis. At at proh dolor, conatus consiliaq; mortalium irrita semper sunt, nisi divino favore fulciantur, & promoveantur. Contigit enim ut in ea devastatione, qua Montbelgardensis comitatus, incursione Lotharingorum, ferro & incendiis fere totus immaniter absumptus est, libri mei, collectiones, innumeraque numismata, & fragmenta antiquorum librorum papyraceorum, linteorũ, & quæ corticibus, membranis, intestinisque, sardonycis, onychinis, & gemmis scripta servarã, vel dono data à nobilibus, vel precio maximo, & laboribus infinitis re-

dempta tot annis accumulaveram, uno momento prædæ militum omnia cesserint. deque tam multis rebus terra marique quæsitis, solum restat æternumq; desiderium. Et certe eorũ jactura mihi videri posset tolerabilior, si ea venissent in manus viri alicujus, qui ex ijs posset fructum facere, & ad utilitatem publicã convertere. Sed quantum audivi à sorore Philippa, in cujus domo scrinia mea asservabantur, pagus igne consumptus est, multis etiam crudeliter interfectis: neq; unquam rescitũ est, quid de meis factum sit sarcinis. Noluit tamen Deus benignus me prorsus destitui iis, quæ mihi antea singulari favore contulerat. Nam biennio ante hanc depopulationem, transtuleram Metas partem voluminis antiquarum inscriptionũ, quæ Romæ diversis in locis, tam privatis quàm publicis conspiciuntur. Sunt enim Romani præter cæteras orbis nationes istorum ornamentorũ studiosissimi: quibus illustrant porticus, cænacula, deambulacra, areas, & hortos suarũ ædium: peregrinisq; ea proponunt spectanda tanta facilitate & comitate, ut beneficium, quod in exteros cõferunt, videantur ipsi recipere. Persuasumq; habent illud in primis ad suas laudes pertinere, si invisantur ab hospitibus, maximè literatis, aut qui possint judicare de pictura, sculptura, & architectura. Romæ igitur cũ essem, depinxi, qua potui sedulitate, omnia marmora priscæ illius antiquitatis, cum suis inscriptionibus, signis, statuis, & forma uniuscujusque: Meumq; opus auxerunt clarissimi viri Lælius Cleopassus, & Veturius Leontius Hydruntini, Lentulus Ventidius, Rutilius Saravesa, & vir singulari eruditione cultus Iulius Roscius, Sanctæ Mariæ Transtyberinæ canonicus, qui ante quadrienniũ ad me misit plurima recenter è ruinis Romanis eruta, ut duas Priapi inscriptiones, & alia plurima, digna quæ ad publicos usus conferantur: Ex quibus eã partẽ meis libris inserui, quæ inscriptiones continebat; propterea quod ad susceptam materiam pertineant. Nam de statuis, & signis nudis, non mihi cura fuit hic multa immiscere: tam propter ingentes sumptus, qui in sculptura requiruntur, quàm quod inscriptionum major sit utilitas, & ad nostrum institutũ faciunt. Hæc cum viderem posteritati posse conducere, & adprobari ab iis, qui bonarum artium studia sequuntur, aliisq; illiteratis quidem, sed judicio pollentibus, existimavi operam me præstiturum non supervacaneam, si quæ confusa erant, in ordinem redigerẽ, & typis excussa emitterem in lucem. Cumq; istos labores possem multis illustribus, & de me bene meritis dedicare, tu solus inter cæteros mihi visus es, cui ex officio deberent consecrari: Cum generis splendore, nobilitate insigni, virtute, & eruditione nulli sis secundus. Hoc ut audacius facerẽ, compulit me illustris Heroina Lois à Vienna uxor tua, de me cum matre ac sorore Nicolea semper optimê merita. Honorificum sanè mihi duco tuam promereri benevolentiam, & me iis gratum præstare, quibus omnia

quæ

quæ possideo accepta fero. Si igitur, Heros generose, meus hic conatus dignus videatur, qui tuo inscribatur nomini, ac serena fronte excipias librum hunc, quem libens tibi humiliterq; offero, existimabo mihi plurimum emolumenti ac laudis accessisse, scopumque quem mihi proposui attigisse. Necesse fortassis fuisset multa hic adnotare, quæ ad dilucidationem, & explanationem singulorum facerent Sed cum hoc opus non sine magna difficultate perfici possit, & in plerisq; (quod alij multi fecerunt) divinandum esset, & hallucinandum, malui supersedere huic labori, qui ex omni parte non posset omnium expectationi respondere: Nudeq; & simpliciter tibi quælibet proponere putavi consultius, quàm nimis jejune & minùs ad rem facientia futiliter scribere. Doctissimis quibusq; hoc non parum negotii facessere nemo est qui dubitet. Iudicabunt benevoli lectores de mea sedulitate & industria: Vnusquisque comminiscetur & commentabitur quod commodum putabit & verisimile: & si quid minus concinne videatur expressum, si quis in literis defectus inveniatur, quod procul dubio fiet non paucis in locis: rogabo obnixe ut considerent lectores (qui potissimum aliquando lustrarunt marmora antiqua, situ ac temporum iniuria mutilata & exesa) quàm difficile sit omnia notare, & accuratè exprimere: cum in lectione vocabuli unius diversi diversa judicabunt expressa: neque fortassis ex plurimis invenietur aliquis qui verum scripturæ sensum concipiat. Ego didici longa experientia quanto cum labore, & morosa divinatione consecutus sim plurima, quæ doctiores ante me non potuerant videre. Addam præterea multos esse qui malignitate noxia, & data opera corruperint inscriptiones: ut soli veras & integras possiderent, reliquis vitiatas & mutilas reliquerunt: Alij & in hac parte peccarunt ignorantia: cum ea quæ non cognoverant, neq; intelligebant, perperam restituere conati sunt. Sed in omnibus adprobandus est affectus: si potissimum manum non adhibeat sacrilegam iis, quæ nobis ab antiquitate relicta sunt obscuriora, qui non potest judicio capere quæ nimis difficilia sunt, relinquat ea discutienda sollertioribus: neque stolida emendatione vitiet quæ ignorat. Præstiti quod potui: & fortasse plus potui quàm alij multi potuerunt. Censuram peritiorum lubens feram in iis, in quibus peccasse probabor: Tibi vero, generose Domine, si satisfecero, non dubito quin & alij plurimi meam hanc operam sint laudaturi. Merces egregia tribuitur illi, cuius studia & labores viri boni ad publicam utilitatem, & delectationem referri posse testantur. Vale felicissime. Metis Mediomatricum, Calendis Ianuarij, anno Christi servatoris.

cIↃ. IↃ. xcIIII.

PAVLVS MELISSVS, SACRI PALAT. COM. EQVES TORQ. ET CIVIS ROM.

in effigiem I.I.Boissardi Vesuntini.

CVIVS heic labia, & genas, comamque,
Lector, eminulam virente lauro
Admirantibus inspicis Camœnis,
Boissardus meus est vetus sodalis,
Amicusque bonus, velutque frater.
Mî versatur in eminente lingua:
Inque ipsis oculis perenne fertur:
Omnis hæret in intimis medullis.
Diverso varius colore pictor,
Vestium Phrygio nitore textor,
Carminum Latio decore fictor.
Ternis muneribus remuneravit
Me sodalis, amicus, atque frater,
Pictura, & Phrygia plica, & poesi.
Quei discederet à sonante lingua?
Quei relinqueret is meos ocellos?
Aut quei desereret meas madullas?

PETRVS



PETRVS LEPIDVS METENSIS REGIORVM NEGOTIORVM SVMMUS PROCURATOR APUD Mediomatrices, Tullios, & Virdunenses,

IN EANDEM EFFIGIEM.



VIS QVIS viderit hanc brevem tabellam
Excellens Theodori opus, putabit
Naturæ arte nova, & novo favore
Chartas posse animari, & æra, & aurum,
Et quæcunque hominum metalla formam
Vividam induerint. Mei Iacobi
Sic spirare videntur, & moveri
Ora, & velle loqui, atque hiare labra;
Et nictare oculos simul, tueriq;
Adstantes. In imagine, hospes, hæres
Muta: quæ exprimit ad vadum Mosellæ
Viventem, Austrasiaque in urbe Musas
Colentem. Tibi si tamen voluntas
Absentem fuerit videndi, ad eius
Scripta verte animum: Tibi illa prodent
Boissardi ingenium, intimamque mentem:
Cujus heic faciem levi papyro
Tam exacte manus artifex notavit.

IACOBVS PASCHARIVS MEDICINÆ DOCTOR, IN EANDEM.



Ximius Phaëthonta Myron depinxit: at eius
Non potuit vires docta referre manus.
Boissardum expressit pictor: decus atque labores
Scire quidem potuit, pingere non valuit.

PAVLVS MELISSVS, COM. PALATIN. EQVES, ET CIVIS ROMANVS, IN librum Antiquarum inscriptionum I. I. Boissardi Vesuntini.



NTIQVITATES, quas perampla Romuli
In urbe miramur, tua,
Boissarde, pridem dextera, haud graui sine
Labore pictas, tam diu
Latêre privis ecquid ah in scriniis,
Ecquid tot annis obsitas
Senere perfers? ede tandem, amabo te,
Et has, tuosque Cæsares,
Spirante factos è metallo vividos.
Prodesse nati, plurimis
Prosimus; haud amiculis solummodò.
Non Imperator hic recens
(Vt liberalis est) vetustis cesserit,
Pensans labores regibus.
Auro coronet ille, iustis præmiis
Tuam remunerans manum:
Lauro decoras ipse (namque hac dignus es)
Tibi renodabo comas.
Addam corymbos, myrteasque bacculas;
Auctorque posteris ero,
Laudes vt æternante versus hos tuo
Sculpant honori in marmore.

VATIQVE PICTORIQVE SOLERTISSIMO,
MVSIS AMICO ET GRATIIS,
PERENNE BOISSARDO SVPERSTITI, DATVM
VIX QVALE CONSTAT MORTVIS,
MERCEDIS ERGO COLLOCANDVM MARMOR HOC
ÆTERNA FAMA CENSVIT.

PETRVS



PETRVS LEPIDVS METENSIS REGIORVM NEGOTIORVM SVMMVS PROCVRATOR APVD Mediomatrices, Tullios, & Virdunenses,

IN EASDEM ANTIQVITATES.

OBruta ruderibus jamdudum Roma jacebat,
Fœdabatq; altus mœnia quassa cinis.
Deq; tot & tantis opibus vix fama superstes
Vulgarat quædam non habitura fidem.
Eductam medio de pulvere traxit ad auras,
Boissardusq; iterum vivere posse dedit.
Si quæras igitur, Romam quis condidit? aio,
Te primum accito fratre, Quirine, Remo.
Sed quam condideras, volventibus omnia Fatis,
Vrbs late florens interitura fuit.
At quam Boissardus meliori vulture nobis
Edidit, hæc nullos est subitura rogos.

PAVLI CHOVARTI BVZENVALII, REGII APVD BATAVOS LEGATI.

PAllentes Latii Manes, cinerisque sepulchra
Custodes veteris, Romulidumque decus,
Sistite nunc faciles, meritasque repandite laudes
Boissardo: simili qui simulachra manu,
Hoc est divina, vobis sub luminis auras
Edit, & obscuris eruit è tenebris.
Ne tenuem texens sublimis aranea telam
Fluxum opere in tanto pendula opus faceret:
Ille triumphales arcus, monumenta laborum
Tantorum à mortis limine restituit.
Apparent rursum moles ad sidera ductæ:
Consurgunt longa pondera victa die.

Marmora tot conscissa locis, tot tecta superbis
Postibus innixa, heu quæ iacuere prius,
Erigis, & Boissarde noua sic exprimis arte,
Vt stupeat formæ, reddita Roma suæ.
Totque sepulchra virum clarum referentia nomen
Crescere mirentur iam moritura suum.
Queis posthac non imber edax subducet honores,
Flammaue: sed de illis charta loquetur anus.
Sic quod ab artificis sperabant munere primi,
Acceptum tibi post sæcula longa ferent:
Roma faue: tibi namque tuo de puluere maius
Surgit opus, steterit quam caput ante tuum.

ODOARDI BIZETI CHARLÆI, NOBILIS TRICASSINI.

QVI veterum veneranda petens monumenta vagaris,
Siste gradum: heic variæ terminus esto viæ.
Nil opus antiquas vrbes peragrare: superba
Illa, illa vt videas, obstupeasque videns.
Quæ rigido aut saxo, splendenti aut marmore priscum
Artificum effinxit non imitanda manus.
Nam, Boissarde, tuis dudum concredita chartis
Nunc prostant cuiuis conspicienda domi.
Cuius & ingenio, penna & meliore nitescunt,
Erepta horrenti, quo iacuere, situ.
Mire opifex, sparsim quæ pœne absorpserat ætas,
Exiguo cogens das rediuiua loco.

IACO-



IACOBVS PASCHARIVS, MEDICINAE DOCTOR.

CEcropios quicunque sonant, Parthosve, Getasve,
Aut recinunt summos orbis in orbe Duces;
Magna petunt, Boissarde: decus nomenque perenne:
Post sua quo liceat vivere fata rogant.
Id labor, & doctæ peperit facundia linguæ,
A sera ut poßint posteritate legi.
Quos tamen ut longo superes discrimine solus,
Munere Roma tuo nunc rediviva facit.
Antea quæ densis scriptorum immersa tenebris,
Optatum latuit vix subitura diem.
AEternum tu vive igitur: cui Roma superstes
In mediis vivit vivere jussa rogis.

IOANNES GARDESIVS MONTALBANVS, SANCTANTONINIANÆ Ecclesiæ Præfectus.

DVM renovas antiqua, tibi nova gloria cœlo
Surgit: & illius sternax non subruet ætas
Mœnia, quæ longi ludibria temporis esse
Nescia, vastificis quæ nescia cedere telis.
Sic, Boissarde, tuæ restant sua præmia laudi.
Viva suis etenim superavit Roma ruinis:
At tua post mortem tibi fama futura superstes.

EIVSDEM.

Antiqua ignorans puer es: liber iste paretur;
E puero faciet te liber iste senem.



AD ILLVSTREM ET GENEROSVM HEROEM

HERMANNVM A GHOER, BARONEM DE PESCHE, DOMINVM VILLARTII, ANDRIMONTII, BROhainæ, &c. Dominum suum colendissimum.

Ianus Iacobus Boissardus Vesuntinus.



AMA Quirinales vulgat mirata triumphos,
Templaque Romani prodigiosa fori:
Et quæ Tarpeios retinent delubra Colossos,
Carpatiisq; olim marmora ducta jugis.
Circorumq; aditus, crebrisque theatra columnis,
Et testudineum quod pavet amnis opus.
Magna fuere quidem: sed quæ fulgentia quondam
Inspexit rutilo tecta micare lare,
Nunc videt attonitus sparsas squalere ruinas,
Et tectam crebris sentibus hospes humum.
Heic ubi Cæsarei picti viguere Penates,
Clara Palatinæ qua fuit aula domus,
Hæc loca ramosa propagine contegit arbos:
Antraque nocturnis illa relicta feris.
Sparsa jacent mediis divorum signa plateis:
Nullus honos Phœbo; gloria nulla Jovi.
Et quæ gemmato miracula prodidit arcu,
Horret in herbosis muta Minerva toris.
Obvius ostentat quæ sunt ignota viator:
Martius heic trito tramite campus erat:
Hoc Circo celeri volitabant axe quadrigæ:
Hoc populi alipedes dextra premebat equos.
Heic stetit in vasto populi manus Amphitheatro:
Iulia famosa heic porticus illa fuit.
Fortunæ heic fanum: vinosi heic templa Lyæi:
Hoc culta est olim diva Erycina loco.

Heic

Heic Vestæ arcanos clausis penetralibus ignes
Virginei fovit cura operosa chori.
Urbis ab antiquo sors hæc miserabilis ævo,
Pro rebus rerum signa vetusta refert.
Et quæ Romanæ nomen sibi vendicat urbis
Nunc structura frequens, pars brevis urbis erat.
Sic tu non Romam, potius vestigia Romæ
Dicas, externas quæ tulit orbis opes.
Multa tamen sunt quæ possunt ex ungue leonem
Prodere, & à sera posteritate coli.
At quæ ruderibus, paßimq; jacentia vidi,
Non mihi susceptus scribere cuncta labor.
Sed quæ posse olim studiis prodesse putavi,
Hæc volui chartis inseruisse meis.
Nempe ea quæ sculptis extant monumenta figuris,
Quæcunq; antiqui temporis acta probant.
Iamq; opus exactum fuerat; longoque labori
Visus eram summas imposuisse manus.
Cùm tumet en subito signis illustre volumen,
Plebeia renuens veste venire foras.
Ne me privato vulges sub nomine, dixit:
Sed laudem tantæ sedulitatis habe.
Est operæprecium tutorem quærere, cujus
Ipse patrocinio clarior esse queam.
Principibus non sunt isthæc indigna, nec illis
Qui cava Pierii saxa Heliconis amant.
Austriaci superest generis doctißima proles,
Augustum Imperii quæ diadema gerit.
Est & Saxonicis Princeps celeberrimus oris:
Inque Caledonia Virgo Britanna plaga.
Qui benè de studiis dudum meruere: Sed illos
Ne sit tam longis quærere cura viis.
Ghorræum sacræ præbent Heroa Camœnæ:
Excultum Musis is quoque pectus habet.
Ex priscis illi manavit origo Sicambris:
Ortum animo & clara nobilitate refert.
Jmperioq; opibusq; potens, atque ubere gleba,
Culta Eburon dives rura ubi bobus arat.
Fulgentem galeam cingit Permesside lauro:
Aureaque Aonia temperat arma chely.

Et quem ſæpe habili cupidus moderatur habena,
Pegaſus eſt, ſancti quo petit antra lacus,
Et luſtrans latices Phorcynidos Hippocrenes,
Martia Pæoniis irrigat ora favis.
Hinc fit Apollinei cœtus ut fautor haberi
Et velit, atque artes ingenioſus amet.
Hæc monuit, nomenque tuum, famamque notavit,
Excellenſque tua nobilitate genus.
Tum memini quantis dudum virtutibus æques
Quos hodie primo mundus honore colit.
Et quantum in Muſas ſtudium fuit uſq;, fidesque:
Sæpe uti hoſpitio quæ voluere tuo.
Hæc, inquam, domino debentur; vindice ſub quo
Audebit lucem noſter adire liber.
Livida nec Moni curabit labra, nec illam
Quam crebro immeritis concitat invidiam.
Quod tibi conatus, ſi induſtria noſtra placebit.
Talia nec vanus ſit ſubiiſſe labos;
Accipe quicquid erit: Tibi enim hæc, auctorque dicantur:
Queis majora mihi nec dare plura licet.
Quæ deerunt operi venia dignare: nec illud
Durior exacta dextra bilance notet.
Non hinc immodicos tumidi captamus honores,
Grande nec in populos quod mihi nomen eat.
Quilibet utatur: quodque heic putat utile, carpat:
Atque abeat præda ditior ille mea.
Supprimat & famam, deberi quæ mihi poſſet,
Si judex meritis æquior eſſe volet.
Pro qua animus non eſt nimium contendere: Non ſum
Qui vener laudes ambitioſus homo.
Iure aliis de noſtro etiam concedo libenter:
Nec me illis, dum æquum eſt, poſthabuiſſe pudet.
Quorum virtutem & doctrinam admiror, amoque;
Omnibus hos ſtudiis, officiiſque colens.
Pendetur, meritum quæ æquet, juſtiſſima merces,
In primis videar ſi placuiſſe tibi.

DE



DE ANTIQVÆ VRBIS ROMANÆ SITV, ET ORIGINE: PRÆCIPVISQVE EIVS RVINIS, ET RELIQVIIS, QVÆ IN HODIERNVM USQVE DIEM SVPERSVNT.

ROMANORVM majestas & amplitudo religione, atque arte militari maximum statim à principio cepit incrementum Quibus in rebus ita excelluerunt, ut cæteras orbis nationes longè visi sunt superasse. Nec abs re Romulum urbis conditorem Martis filium prodiderunt: qui primus civitatem suam ex Pastorum confluxu, deinde ex fugitivis, & exulibus, ampliavit; quibus Asyllum, ac admissorum impunitatem proposuerat, ut plures ad se alliceret. Rapto itaque primum, & armata manu res paulatim auxit, vicinosq; ad amicitiam, tam vi, quàm consilio coëgit. Hunc secutus est Numa Pompilius: Qui cùm animadverteret in violentia non satis esse præsidij, ad beate tranquilleq; vivendũ, armis religionem statuit conjungere. Ritibus itaque piis, & sacrificiis, quæ didicerat ex Sabinis, unde natus erat, novæ urbis incolas agrestes, rudes, & malè moratos ad pacificam vitam, & cultum Deorum reducere conatus est: iis persuadens nihil in hac vita stabile, nihil diuturnum constare posse, nisi Deorum ope, & auxilio fulciretur: Vtque religionem, quam suis civibus proponebat, efficacem, sacrosanctam, & inviolabilem conservaret, ritus & sacrorum ceremonias, quas invexerat, ad Ægeriam Nymphã referre voluit: cum ea enim quotidianos congressus sibi esse fingebat, & ab ea doceri accuratê quos sibi honores, & cultum Dii singuli cuperent præstari: Ex horum duorum regum legibus & institutis, non solum urbis mœnia fundata sunt, sed etiam gubernatio civitatis constituta; primum sub regibus, postea sub cõsulari dignitate, postremo sub Imperatoribus. Factumq; est ut temporum intervallo eò usq; Romana creverit potentia ut diversis bellis Latiũ subjugaverint, Albanorũ regnũ ad se transtulerint. Iisdemq; armis, ac successib. metas sui Imperii propagaverint per totã Italiã, Græciã, Galliã, Germaniam, & Hispaniã. Imo bonã Asię partẽ occupaverũt

uſque ad Parthos: Ægyptum ſibi ſubjecerunt, & Africæ oram, à Nilo uſq; ad fretum Gaditanum: Majorq; fuit, ac potentior illorum Monarchia, quàm prius extiterat Babyloniorum, Aſſyriorum, vel Macedonum. Nempe qui aliorum regna & provincias omnes occuparint in Oriente, legeſq; dederint omnibus Europæ populis, qui ad occaſum, & Septentrionem dominabantur, uſq, ad Oceani littora. Donec ſucceſſu annorum Conſtantinus magnus Roma relicta Bizantium ſe recepit, eoq; tranſtulit Imperialis majeſtatis tribunal. Ac paulo poſt relicto Orientis dominio Conſtantini poſteris, Carolus magnus Occidenti præfuit: & ad Germanos redacta eſt Imperii ſumma: quæ longa Principum ſerie pervenit ad Rudolphum ſecundum Maximiliani filium, qui hodie rerum potitur.

At cum de Romana origine pauca nobis ſint hic dicēda, altiùs paulò narrationem meam ordiar. Romam inhabitaverunt primum Siculi: quibus expulſis Arcades duce OEnotrio Lycaonis filio locum occuparunt. Poſtea Pelaſgi cum Aborigenibus eò conceſſerunt, qui Theſſali dicebantur. Idq; ante Troiam dirutam. Saturnus deinde Apterita ex Creta pulſus à filio Iove Aſterio, fugit in Italiam; & ad Ianum Aborigenū regē ſe recepit, à quo benigniter exceptus eſt: Ianoq; mortuo regni ſucceſſor relictus eſt. Aliquāto poſt Nicoſtrata, quæ dicta eſt Carmēta, cū Euandro è Theſſalia venit ad Faunum regem Aborigenum, à quo parte regni donata eſt, & Palatium oppidum condidit, non procul à Tyberi. Anniſq; aliquot ſequentibus everſo Ilio, cū filio Aſcanio venit Æneas in Italiam ad Latinū Fauni filium, & ducta Lavinia Latini filia, in ſocietatem regni eſt admiſſus: Tunc ex Aborigenibus & Troianis Latini facti ſunt. Ænea tandem à Mezentio Hetruſcorum rege cæſo, Aſcanius regni ſumpſit adminiſtrationem: Laviniumq; & Albam longā ſtruxit: morienſq; diadema reliquit Silvio fratri, Laviniæ novercæ filio: Longoq; regum Albanorum ordine, rei ſumma pervenit ad Amulium; qui expulſo Numitore fratre, regnum per vim retinebat. Lauſo fratris filio cæſo, & Silvia Rhea filia in Veſtalium congregationē compulſa: ut illic perpetuæ virginitatis lege obligata, ſobolē nullā haberet. Sed à Marte compreſſa, gemellos peperit Remum & Romulum: quos ſtatim Amulius exponi præcepit. At infantes ad ripā Tyberis vagientes à Fauſtulo regiorum armentorum cuſtode reperti ſunt, traditique Laurentiæ uxori, à qua poſſent educari: quæ quia non eſſet pudicitiæ ſatis integræ, lupa vocabatur: hinc fabula emerſit, infantulos Lupam primùm lactaviſſe. Hi igitur inter paſtores nutriti, poſtquam adoleviſſent, captus eſt Remus, & apud Amulium accuſatus, quòd greges Numitoris raptibus frequentibus imminueret. Captivum juvenem Rex ad fratrem miſit, ut ab eo puniretur: Qui poſt diverſa colloquia cum avo Numitore viciſſim habita, eius nepos ex filia Rhea cognitus eſt.

Iam

Iam eo advolaverant festini Faustulus ac Romulus, ut vincto fratri ferrent opem. Re itaque cum avo communicata, ac conspiratione facta, ex improviso, & nihil tale suspicantem Amulium omnes aggrediũtur, & obtruncant; regnumque Numitori restituunt. Gemini vero fratres Alba relicta, ad Tyberim descendunt, ubi fuerant expositi, & Romam condunt: anno post Troiæ subversionẽ quadringentesimo trigesimo secundo. Vrbis igitur mœnibus designatis, cum de nominis impositione inter fratres orta esset rixa, Romuli jussu de medio sublatus est Remus: Novæq; urbi ac civibus nomen dedit.

Principiũ igitur suum Romana autoritas & magnitudo cepit à Romulo. Is suam urbem quadrata forma struxit: Primumq; Palatinum montem, in quo fuerat educatus, incoluit. Postea Capitolium & forum conjunctum est. Tatius à saxo Carmẽtali ad Tyberim, inde ad Circum maximum pomœria extendit, Palatinum Capitoliumq; includens: quibus adjecit Quirinalem & Cœliũ montes. In urbe Romuli quatuor tantum fuerũt portæ Carmentalis, Romana, Pandana, & Ianiculensis. At cum Romani variis usi victoriis essent in bellis cõtra vicinos, victos sua civitate donaverunt. Factumq; est ut cum mœnia priora tantã non caperent multitudinem, Tullius, postquam de Sabinis & Albanis reportasset victoriam, Cœlium montem, & Esquilias addidit urbi. Post illum Ancus, Politorio capto, mœnium ampliavit ambitum, victisque hostibus habitandum dedit Aventinum. Nec multo post Latinis ianiculum concessum est. Postremo à Servio Tullio Viminalis & Quirinalis adiecti sunt urbi. Tarquinius Superbus mœnia primum struxit lapidea. Sed aliquanto post sub Imperatoribus longè amplior circuitus pomœri redditus est: utpote qui circiter mille & viginti passuum millia tempore Plinii contineret. Cum autem Roma in sua esset amplitudine, portas habuit plurimas, situ ac nominibus diversas. Flumentana, sive Flaminia, quæ hodie Porta populi dicitur, ad viam Flaminiam sita est, & collem hortulorum. Collatina, quæ Collatiam ducebat, in eodem est colle: nunc Pinciana vocatur. Quirinalis quæ & Agonensis & Collina, nunc Salaria. Viminalis, sive Ficulnensis, & Numentana, hodie sanctæ Agnetis, à templo adjacente. Tiburtina, quæ ad Tibur iter pandit, structa est in aquæductu fontis Martii. Esquilina, quæ & Taurina dicta est, nunc Porta sancti Laurentii. Nævia olim Labicana, hodie porta major nuncupatur. Cœlimontana sive Asinaria, nunc sancti Ioannis. Gabiusa ad Gabiorum urbem ducens, suum nomen retinet, estque clausa, ad Cœlim collem videtur. Latina non procul à templo sancti Ioannis, in Latium tendebat, hodie nomen suum non immutavit. Capena, quæ & Camœna, propter Camœnarum delubrum illi vicinum, vel Appia, ab Appio Senato-

Senatore, qui viã sui nominis illic stravit: vocata est etiam Triumphalis quod ea triumphantes urbem ingrederentur: vel Fontinalis, à fontibus frequẽtibus illi portæ vicinis: nunc sancti Sebastiani porta appellatur. Tergemina porta in usu nõ est hodie: ejus vestigia prope Salinas adhuc extant. Ostiensis, nunc sancti Pauli, Ostiã ducit. Portuensis, nũc Porta Ripæ vocatur, ad Ostiensem portũ iter pãdit. Aurelia est versus Ianiculum: nunc dicitur Porta sancti Pancratii. Septimiana (quã Septimius Severus struxit) Ianiculo subjacet; Ælia dicta est ab Ælio Hadriano eius autore. Mœniũ ambitus tercẽtum & sexaginta turribus distinctus est: quarum pars major in hodiernum usq; diem permanet integra: reliquæ nutantes, & semirutæ cõspiciuntur. Ab urbis portis protẽdebantur plures viæ, opere ac impensis illustres: Inter quas omnium excellentissima fuit Appia, quæ ad Capuam usq; protendebatur: strata fuit lapide nigro durissimoq;: septa utrinq; templis & sepulchris magnificentissimis, & luco Ægeriæ. Ejus partes vidẽtur adhuc nõ procul ab urbe, & qua itur Terracinã. Hanc straverat propriis impẽsis Appius Senator. Via Flaminia facta fuit à Cn. Flaminio M. Lepidi collega; quod opus inchoatum est post Ligures devictos: eaq; Pisaurũ usq; ducebat. Latina per Labicanum extendebatur ab urbe in Latium. Ostiensis versus Ostiã tendebat: ab Anco Martio strata est. Tyburtina itur ad Tybur in ea pons est Mammeus, & Lucanus Anieni superpositus Ficulnensi via Numentum ibatur: in ea Næniæ deæ funebres templũ habebãt, & dii noxii, ut Nemesis, Febris, & Mars ultor. Pons Numẽtanus adhuc hodie ad eam videtur viam, quem Narses Eunuchus struxit. Via Collina extẽdebatur à porta Salaria Sabinos versus: ad eam erectũ est templum Veneris Erycinæ, à Fabio Dictatore conditum, & delubrum Veneris Verticordiæ, & Honoris ara. Æmylia via, ab Æmylio Lepido Flaminii collega strata est lapidibus, usq; Bononiam Fuit & alia ejusdem nominis, quam Scaurus struxerat: eaq; Pisas & Lunam ducebat per Sabatios. Tyberina quæ à porta, quam Viridariam nominant, principium suum habet, ducit Sutrium, Vtrellam, Viterbumque, & iter in Volsinensem præstat. Aurelia via per Tuscorum oram maritimam Pisas protendebatur: hæc dicta est Traiana, quod Traianus illam restauraverat: ad eam horti & sepulchrum Galbæ fuit erectum.

Pontes quoq; super Tyberi structura magnifici adhuc extant: quos etsi Totila fere omnes fregit & evertit, sunt tamen restaurati, & ad pristinam formã reducti. AElius põs, ab AElio Hadriano structus est, quo iretur ad insigne illud sepulchrum Antoninorum, quod tantis sumptibus erexerat: quod olim arx Crescentii dictũ fuit, à Crescentio quodã, qui eam molem occupaverat: nunc dicitur Castellũ sancti Angeli, præsidium Summorũ Pontificum munitissimum. Vaticanus põs dictus est

Trium-

Triumphalis: quod per eum triũphantes suas pompas in Capitolium ducerent: eius pilæ adhuc medio Tyberi conspiciuntur, è regione Xenodochii Sancti Spiritus. Ianiculensis pons, qui & Aurelius, ab Antonino Pio marmoribus fuit stratus: nunc vocatur pons Xyxti, à Xyxto IIII. P.M. qui eum instaurauit. Fabricius, prius Tarpeius vocabatur, à L. Fabricio structus est: nunc quatuor capitum, à marmoreis simulachris quadrifrontibus, quæ ponti vicini sunt, dicitur: estque è regione Theatri Marcelli, vbi insulam cum vrbe coniungit. Cestius eandem insulam regioni Transtyberinæ connectit: olim Esquilinus, nunc sancti Bartholomæi. Senatorius pons, qui & Palatinus prius dicebatur, quod per eum in Palatium conscenderetur, nunc S. Mariæ Ægyptiacę nomen tenet, à templo quod non procul dissitum est. Sublicius, quem olim ligneum fabricauerat Ancus Martius, postea ab Æmylio Lepido factus est lapideus, & marmoreus appellatus. Ex eo facinorosi in Tyberim præcipitabantur.

Explicare verbis nemo satis posset quantas impensas olim fecerint Romani reges, Consules, & Imperatores, in admirãdis ædium structuris, tam publicis quam priuatis, in Thermis, Circis, Theatris, Tẽplis, & aliis eiusmodi: quorum reliquiæ satis ostendunt Romanã potentiam, & industriã potuisse quidlibet præstare: qui cum semper ad res arduas, maxime, ad famã promouendam adspirauerint, nihil intentatum visi sunt relinquere, quo sui nominis memoriam ad posteritatem, quãtum viribus. & ingenio humano pręstari potest, producerent. Ideo per totũ Imper. structa templa legimus sumptuosissima, non solum Diis, quib. hoc ex pietatis officio præstari debebat, sed etiã bonis Principibus, & claris viris: quorum ductu, & consilio Reipubl. maiestas fuerat promota. Hos Senatus auctoritas inter indigetes solemni cõsecratione referens, ritibus diuinis, ceremoniisq;, & publicis inscriptionibus eorum nomina æternitati cõsecrauit. Honos n. ad virtutem stimulus est acer: neq; roboratur efficaciꝰ, & ad honestas actiones incitatur animi generosi promptitudo, quam si famam sibi æternam laudabilib. conatibus animaduertat præparari. Quodq; sordidi & auari propter lucrũ laborant, nobiles & illustres animæ propter famam promptius aggrediuntur. Propterea in hodiernum vsq; diem nullam Imp. Rom. prouinciam cernimus, quæ non demonstret aliqua elogia marmoribus insculpta, quibus anteactorum temporum memoria ad vitam nouam reduci videatur: vt benemeritorum ciuium, vel Principum honos, quantũ humana præstare potis est industria, in perpetuũ prorogetur. Hęc opinio & honorifici nominis desideriũ plurimos mouit, vt diuersis in locis, tã in vrbe, quam foris, erigerent publica ædificia, impensis & opere celeberrima, quæ tam vsui populorũ, quam recreationi & voluptati inseruirent

virent. quorum pars ad nostram ætatem pervenit integra; reliquorum (quæ temporis injuria, bellorumq; violentia subversa jacent) ruinæ passim per totam Italiam, cum tanta spectantium admiratione suspiciuntur: ut ex parvis reliquijs facile judicent omnes, nihil tam arduum nihil tam difficile cogitari potuisse, quod ingenio & labore tantorum artificum non sit olim perfectum. Tantæ lapidum moles spectantur adhuc erectæ, ut montes mōtibus superimpositos dixeris: Tanta structurarum, tamq; varia continuatio, tantum artificiū in omnibus; tam diversa marmora ex longinquis quæsita regionibus, ut in unius urbis ornatum, accumulata credantur omnia, quæ toto orbe excellentia cōquiri potuerunt. Inter cætera quæ nobis ingeniosa reliquit antiquitas summa admiratione digna, sunt Thermæ, loca publica quibus unusquisq; excipiebatur ad lavandum. Introducebantur enim in eas Thermas aquæ derivatæ è suis fontib. & per aquæ-ductus sumptuosissimos fluebant in loca destinata, ubi calefiebant, & præparabantur ad usus balneorū: Quib. amplissimæ porticus superbis fultæ columnis, deambulacraque, incrustatione marmorum, & pavimentorum varietate ornatissima adjuncta erant: & natatoria, & Xysti, & nemora amœnissima, in quibus promiscue cujuslibet conditionis homines sese recreabant, & exhilarabant, genio & voluptatibus indulgentes: earum enim Thermarum & balneorum major usus olim fuit, quàm nostro tempore.

Thermæ numerantur in urbe duodecim structura, sumptibus, & fornicum amplitudine, labrorumq; precio admirandæ. Traiani, Titi, Agrippæ, Syriacæ, Commodianæ, Severianæ, Antoninianæ, Neronianæ, Diocletianæ, Decianæ, Constantinianæ, & Septimianæ. Ex quibus nullæ extant magis integræ quàm Diocletiani, quæ in dorso Viminalis erectæ sunt: Et Antonini Caracallæ ad radices Aventini, prope templū sanctæ Balbinæ. In iis enim mōstrosæ altitudinis testudines, & columnæ marmoreæ adhuc superstites, passim humi jacentes & prostratæ conspiciuntur: Labraque, quibus lavabant homines, ex Ophite, Porphyrite, Alabastro, & preciosissimis marmoribus servantur multis in locis, quorum impensas & precium nemo facilè potest æstimare.

Thermarū Titi Vespasiani vestigia sunt non procul à delubro sancti Martini in montibus: ubi aquarum receptacula visuntur, quæ septem salæ vulgo nuncupantur: haud procul inde repertæ sunt ante aliquot annos quædam cellæ subterraneæ, quarum parietes elegantissimis picturis sunt variegati: in quibus priorum artificum jucūda & elaborata manus cernitur: ad quarum imitationem id picturæ genus, quod Grotescos vocant, renovatum est: à grota enim, quæ speluncam sive cavernam significat, denominationem sumpsit. De reliquarū Thermarum, ac balneorum ruinis plura non dicemus hoc loco, ne nostra narratio,

quam brevem instituimus, tædio lectorem adficiat.

Theatrorum & Amphitheatrorum ædificia Thermas nisi superent, æquare sanê nemini dubium est. Ex quibus extat quasi integrũ Statilii Tauri Amphitheatrum, prope mœnia ad templum S. Crucis in Hierusalem. Amphitheatrum omnium maximum extructũ fuit, à Vespasiano inchoatum, & à Domitiano perfectum, & ornatũ incrustatione marmorea, & signis statuisq; frequentibus. Est enim inter Cœlium & Esquilias: eratq; capax octoginta millium hominum. Nunc vocatur Coliseum, à Colosso solis, qui prope fuerat erectus: factũ est ex Tiburtino marmore, lapidibus ingẽtibus: ut stupeas, & mireris tantas moles exscindi, & alio transportari potuisse. Hodie destructum est ex majori parte, & ex ejus lapidibus Palatium Cancellariæ est ædificatum: relicta tamen est portiuncula integra, ut ex ea judicari possit, quam splendidũ fuerit ædificium, cùm esset integrum: quod dicitur undecim annis absolutum fuisse, à triginta millibus hominum, qui in eo laborarunt assiduè, donec ad perfectionem fuit adductum.

Theatrum Marcelli visitur ad palatium Sabellorum: Hoc Augustus Cæsar erigi curavit in honorem Marcelli ex sorore Octavia nepotis: cui adjunxerat bibliothecam insignem mater Octavia, & Porticum vicinam, ornatam variis simulacris deorum, & illustrium virorum.

Est & aliud Theatrum, quod Pompeii dicitur; inter Marcelli Theatrum, & forum Iudæorum. Ejus pars adhuc integra erecta est ad palatium Vrsinorum: Hoc lapideum Pompeius primus fecit, cùm antea in urbe Theatra essent lignea, quæ tandiu manebant, quandiu populo ludi exhibebantur. Pompeius verò mansurum perpetuo incœperat, quod Caligula absolvit.

Fuerunt etiam Romæ porticus publicæ erectæ, in quibus deambulabat populus ad recreationem sub umbra: quarũ ruinæ adhuc extant multis in locis: quemadmodum ad templum sancti Laurentii in Miranda videtur pars porticus Antonini & Faustinæ: & in foro Romano tres illæ columnæ striatæ, fragmenta sunt porticus Liviæ: & ad templum Iunonis monetæ (quod nunc sancti Angeli in Piscatorio foro dicitur) pars videtur porticus Mercurij: altera Severi in platea Iudæorum. Antonini Pij alia inter Pantheum & Sciarræ vicum, quæ tantum reliquiæ sunt exiguæ magnificarum illarum structurarum quas antiquitas suspexit.

Columnæ quoq; mirandi fuerunt artificij, positæ diversis locis in urbe: quarũ duæ supersunt adhuc structura, & artificio celebres: Omnium integerrima est Traiani Columna cochlis, quæ in foro Principis ejusdem stat erecta, inter forum Nervæ, Capitolium, & Quirinalem. In eius ambitu rerum gestarum series à Traiano, elegãtibus historiis sculptura expressit. Per eã intrinsecus cõscenditur gradib. 185. Fenestellæ 40

lucem præbent aſcenſui. Alia eſt columna cochlis non minoris altitudinis, artificiique; non procul à templo ſancti Laurentii in Trullio: quæ Antonino Pio ſacra fuit: ad cujus faſtigium non patet aſcenſus, ſicut in Traiani columna: quod hæc Antonini media ſui parte confracta, gradus & concavitas interna planè ſit ruderibus obſtructa, neq; amplius ſit pervia.

Circos quoq; plures fuiſſe conſtat Romæ. Inter quos præcipuus numeratur Circus maximus, inter Palatinum & Aventinū. Longus (teſte Plinio) ſtadiorum trium, latus unius ſtadii. Is ſpectantium ducenta & ſexaginta millia capiebat. Primum à Tarquinio Priſco cœptus eſt, poſtea ampliatus à Cæſare, & variis templis, ſignis, & ſtatuis ornatus.

Circus alter fuit Agonalis: cujus latitudo & lōgitudo fere videtur nō procul à templo S. Apollinaris, & dicitur vulgò in Agone. A Numa Pōpilio erectus eſt: in quo Agonalia quotānis celebrabātur in honorē Iani: poſtea à Nerone reſtauratus eſt, & locorū adjectione amplificatus.

Flaminius Circus fuit olim, ubi hodie videntur officinæ obſcuræ: non procul à templo S. Catharinæ: In eo ludi Apollinares, & equeſtres exhibebantur populo.

Circus Floræ vicinus fuit Pilæ Tiburtinæ, & foro Archemori: ibi fiebant Floralia quotannis, ludi in quibus turpia publice patrabantur: in hunc Circum Cato Cenſor ſtudio videndi cùm eſſet ingreſſus, & compertum eſſet populo, prodire nō auſi ſunt actores: quod ubi Cato animadvertit, furtim ſe ſubduxit, ne populi moraretur, & impediret ſpectacula: unde natum proverbium: ingreſſus eſt Cato, ut exiret.

Circus alius, ſive Hippodromus Caſtrenſis integer fere viſitur ad viam Appiam: haud procul à ſepulchro Cæciliæ Metellæ, quod Capo di Boi vocatur: ad angulum arcis Prætorianæ: quam alij dicunt fuiſſe Pomœtiæ muros.

Arcus Triumphales à Romanis erigebantur viris illuſtribus, & Imperatoribus: qui debellatis provinciis triumphum merebantur. In iis geſta triumphantium inſcidebātur, ad perpetuam rerum memoriam: videnturq; adhuc hodie aliquot erecti, tanta altitudine, tanta lapidum mole, ut Gigātum robore potius, quàm hominum opera credas fuiſſe compactos, & conſtructos. Arcus Titi Veſpaſiani antiquiſſimus omnium videtur in foro Romano; qua ad Amphitheatrum patet deſcenſus ſuper via ſacra, ad parietes templi S. Mariæ novæ: Arcus hic Tito ſacratus eſt, devictis Hieroſolymis: ut apparet in ſtatis, & ſculptis captivorum, & triumphantium imaginibus: ubi repræſentantur ſpolia templi Iudaici: arca fœderis, tabulæ Moſis, candelabrum, & vaſa ſacra, quæ in triumpho ferebantur.

Arcus Septimii Severi erectus eſt adhuc integer ad radices Capitolii: in cuius frontiſpicio utrinque, res geſtæ Principis terra marique conſpiciuntur ſculptæ.

Con-

Constantinus magnus Arcum posuit triumphalem ad angulum Palatini montis: non procul ab Amphitheatro: parum admodum mutilatus est, aut annorum injuria læsus: nisi quod statuarum capita sint avulsa: idq; factum est nostro tempore, Pontificatum tenente Clemente VII. à Laurentio Medices ejus nepote: qui propterea pulsus est urbe. Hunc arcum struxit Constantinus, debellato & submerso ad Pontem Milvium Maxentio, qui tyrannide Romanos immani vexarat. Arcus Galieni Imperatoris ex Tiburtino lapide stat erectus ad templum sancti Viti, qua descensus est ad Suburranum clivum.

Arcus Domitiani, qui hodie Tripoli dicitur, mutilatus videtur prope templa S. Silvestri, & S. Laurentij in Lucina.

Arcus Fabianus (quem Fabius Censor dicitur erexisse devictis Allobrogibus) in via sacra conspicitur, juxta regiam, & basilicam Pauli.

Obeliscos diis erectos, & in circis sepulchrisque positos videmus multis in locis, ad magnificentiam & ornatum: & ut plurimûm lapide Thebaico Ægyptiaco, signato literis Hieroglyphicis. Inter omnes obeliscos qui per totum Romanum Imperium positi sunt, nullus fuit major illo, qui in circo maximo fuit erectus, qui longus fuit pedes, 132. Eodem in circo fuit alter minor, qui non superavit longitudinem pedum, 88. Vterq; dicitur stratus latere sub terra hortorũ, qui complent Circi amplitudinem. In Vaticano fuit alter obeliscus, qui in sua longitudine continet pedes, 72. pręter acuminatam partem, quæ alta est pedes, 6. & semis, & bassim quę latet sub terra pedes, 37. Obeliscus in parte inferiore latus est ped. 12. min. 5. in superiore vero ped. 8. min. 5. continet hanc inscriptionem, DIVO CÆSARI DIVI IVLII F. AVGVSTO TI. CÆS. DIVI AVG. F. AVGVS SACRVM. In eius fastigio globus erat deauratus, quo Iulii Cæsaris cineres inclusisse dicitur Tiberius Cæsar: qui obeliscum hunc ex montibus Æthiopiæ, per Nili alveum curavit advehi Romam: alii ornamentum Circi Vaticani fuisse dicunt. Hoc tempore, 1586. Sixti VI. P. M. jussu remotus est à latere templi Vaticani: & erectus in ampla illa platea, quæ Palatio Pontificum adjacet: factumq; est id., opera Dominici Fontanæ Comensis Architecti, non sine spectantium omnium summa admiratione, qui tantam molem loco moveri, & alio transportari posse nulla humana arte credebant: cum nostro tempore pauci inveniantur, qui in talibus rebus ingenio valeãt: quod principes sumptus facere vel nolint, vel nequeãt: & spreta passim architectorum contemnatur industria. Obeliscus hic quem Fontana transtulit è suo loco, ponderat libras, 965148.

In Campo Martio videtur adhuc obeliscus ejusdem longitudinis, qui stratus jacet in cellis subterraneis aliquot ædium, prope Doganam veterem. Et is literis Hieroglyphicis est cultus. Duo alij cernuntur jacentes, & confracti ad templum S. Rochi prope portam Flaminiam:

quorum singuli continent longitudinem pedum, 42. Fragmenta sunt Mausolei, quod Augustus erexit; ut in eo Cæsarum cineres reconderentur: & ejus sepulchri ruinæ frequẽtes sunt, à posteriore parte S. Rochi testudinibus & cellulis adhuc ex bona parte integris. In via Appia, in illo Castrensi Hippodromo, jacet obeliscus ingens medio intervallo inter vepres: qui notis Ægyptiacis in toto circuitu ornatus est. Alij aliquot minores in urbe servantur: ut ad ædem S. Eustathij: & in hortis Mecœnatis.

Aquæ ductus non minore magnificentia, & splendore struxerunt antiqui: per quos aquæ diversis è scaturiginibus, montibus effractis, & canalibus continuis in urbem perducebantur, ad usus tam publicos quàm privatos. Horum aquæductuum pars magna extat adhuc, tam intra quàm extra mœnia, Castellaque, & aquarum receptacula opere testudinato, multa adhuc supersunt integra. Aquarum quæ in urbem influebant nomina hæc in auctoribus citantur. Appia, Martia, Virgo, Claudia, Herculanea, Tepula, Damnata, Traiana, Annia, Halsientina. Cœrulea, Iulia, Algentiana, Sabbatina, Aurelia, Septimiana, Severiana, Antoniana, & Alexandrina. Ex quibus Aqua virginis sola permanet: quæ vocatur hodie fonte Lotreio: ejusq; aquæductum, & fontem restauravit Nicolaus V I. Pont. Max.

De templorum structura, deque eorum ornamentis non est necesse ut multa hoc loco inseram: cùm tota urbs iis plena sit: omnibusq; in regionibus extent plurima, sumptibus & arte elaboratissima. Inter cætera unum sumemus, de quo paucis verba faciã, & legentibus hunc tractatulum proponã, ut ex eo de cæteris judicium possint facere: quæ à priscis illis piis patribus, cum essent Christianam religionem amplexi, rejectis prophanorum, & Gentium idolis, consecrarunt Apostolis, & sanctis Martyribus: ne perirent splendida illa ædificia, quæ tantis sumptibus, & opera tã præclarorũ artificũ fuerant constructa. Inter ea igitur quę in urbe videntur templa, nullũ magis integrũ superest, nullum architectura admirabilius, quàm Pantheũ. Hoc à M. Agrippa erectum est, & dicatum (ut quidam volunt) Iovi ultori: Alij Cybele sacrum fuisse malunt: multi asserunt, quod sit verisimile, omnibus Diis devotum, unde Pantheum nominatum est: Hodie sanctæ Mariæ rotundæ vocatur. Structura elegante, latericio constat opere. Nullæ in eo templo fenestræ: Pars fornicis superioris aperta, & ampla lucem dat inferiori loco: qui totus illustratus est marmoribus preciosissimis, distinctusque cellulis, & receptaculis, quibus simulachra deorum continebantur: inter quæ fuit olim Minervæ statua eburnea, Phidiæ sculptoris opus absolutissimum. Fuit & Veneris signum elaboratissimum, cui adplicatus erat unio ille admirabilis, quẽ Plinius unicũ & singulare opus Naturæ vocat. Hunc Augustus devicto Mar. Antonio & Cleopatra, ex reginæ

auricula detraxerat: & quia illi par in toto terrarum orbe non inveniretur (nam alterum huic similem dissolutum Cleopatra proposuerat bibendum eo cõvivio, in quo cum Antonio de sumptu decertabat) Cæsar in duas partes hunc discindi jussit, & ad statuã Veneris, quæ in Pantheo erat adplicari. Pondus hujus unionis erat dimidiæ unciæ, hoc est 80. ceratiorum, ut nostri temporis aurifabri loquuntur. Præcium æstimabatur ducentorum & quinquaginta milliũ coronatorũ. Pantheum hoc laminis argenteis tectum erat: quas Constantinus Heraclii nepos detraxit, & cum reliquis Romanæ urbis ornamentis abstulit secum, ut suam Constantinopolim excultiorẽ redderet. Sed in navigatione Syracusas appellens, ibidem mortuus est: spoliaq; omnia, quæ sacrilegus Roma abstulerat, in Ægyptũ translata sunt à Barbaris, qui paulo post Imperatoris obitum in Siciliam venerant. Plus damni hic Constantinus intulit Vrbi septem diebus, quibus Romę moratus est, quàm Gotthi priùs ducentorum annorum spatio, quibus Italiam occupaverant. Statuas enim aureas, argenteas, eburneas, aheneas, & marmoreas, in quibus sculptorum, artificumq; nobilium labos singularis, & toreumata spectabantur exquisitiora, obeliscos marmorum peregrinorum, & reliqua Vrbis ornamẽta præcipua navigiis ausportabat innumeris: sed præda diu potiri non potuit: amissa vita cũ sacrilegio. At Pantheum hoc (de quo nobis institutus est sermo) porticum habet, quæ tredecim columnis fulcitur, Thebaici vel Æthiopici marmoris durissimi, quod Ophite vocatur: nunc Granitum (ex quali lapide facti sunt fere omnes Obelisci majores: & columnæ illæ ingẽtes, quæ sunt erectæ prope palatium Veneti Ducis: quãs nõnulli inepte, & imperite prodiderunt ex fusili materia conflatas: quã artẽ cõficiendi lapides, sicut & purpurę cõchillis modus, nobis injuria tẽporum periisse volũt. Postes, laquearia, & valvę, quæ sunt vastissimæ in hac Pãthei porticu, ex ære deaurato cõspiciũtur. Scalæ cochlides, quadrata & aperta structura, usq; ad tectum porriguntur: Ad quarum similitudinẽ & normã aliæ sunt erectæ in palatio Vaticano, sed forma rotunda. De reliquis templis, quæ frequẽtia vidẽtur tã in urbe quã foris, heic de singulis verba facere nõ est mei instituti: cùm eorũ explicatio in immensum produceretur: Et hujus libri secundo tomo subjũcturus sum brevẽ topographiã, in qua declarabo singula singulorũ locorũ ornamenta, quo loco & ordine à peregrinis viatorib., triduo vel quatriduo possunt perlustrari. Supersedebo igitur huic labori, & ad alia me cõvertã, quæ ad hunc tractatũ facere vidẽtur.

Cùm apud antiquos tam Græcos quàm Latinos (sicut & apud Ægyptios, & Hebræos factitatũ certũ est) summa semper fuerit sepulturæ, & funerum reverẽtia: sumptusq; ingentes populi omnes profuderunt, in sepeliendis mortuorũ corporibus: quę alii balsamo, preciosissimisq; aromatib. cõdiebãt, exquisitis & superstitiosis ceremoniis priùs exem-

terata, & omnibus repurgata excrementis, quæ putredinẽ admittebãt, inq; sepulchris integra recõdebãt sanctissime, sicut in Ægypto, & in Italiæ ora Tyrrhena: ubi aliquãdo corpora invẽta sunt illæsa sed exsiccata, quibus continebantur phialæ, & volumina corticum, vel mẽbranarũ, notis diuersis, & carachteribus hieroglyphicis plena: & hodie adhuc ex Ægypto advehuntur ad nos mortuorũ corpora exenterata, & balsamo medicata, q̃ Muniã vocant Chirurgi ac Medici: in horũ cõcavitate cælantur sæpius parvæ statuæ Canopi, cõfectæ ex terra satis fragili, & superinducta nescio quo mastyce cyanei coloris, qui gemmæ (quã Turquescam vocamus) similitudinem refert. Tota facies anterior in nonnullis, in aliquibus totus circuitus, hieroglyphicis notis tegitur, quæ superstitiosas aliquas ceremonias, ad defunctos spectantes continent, & mysteria secreta: quæ solis prophetis, sacerdotibusq; olim legi poterãt: erant n. carachteres hieroglyphici triũ generũ prophetici, regii, & plebeii. Priores duo lectu difficiles erant: ultimum cõmune omnibus: licet hodie ad cognitionẽ paucorum perveniant. Cùm multis in locis Canopi statuas viderim, nullã me adnotasse excellentiorẽ memini illa majori quæ in domo Marij Delphini servatur: facta ex simithe, vel ex balsathe lapide durissimo. Et aliam huic nõ minus admirandã ex terra, quã superius recitavimus; quã servat vir clarissimus Petrus Lepidus Mensis, regiorũ negotiorũ summus Procurator, in ditione Mediomatricorum, Virdunensium & Tulliorum: hanc tertio volumine inscriptionũ insertùrus sum: illa Delphini priori hoc libro extabit. Græci in suis funeribus, sicut & Latini, suorum corpora non servabant aliarũ nationum more: sed post Syllanam tyrannidem, & bella civilia, quibus corpora è monumentis extracta, per ludibrium ab inimicis trahebantur uncis & harpaginibus, laceraq; in cloacas, vel profluenta proiiciebantur: ut tam impia spectacula impedirent, cadavera mortuorũ rogis imposita, solemniter in cineres redigebant: quos urnis aureis, argenteis, aheneis, marmoreisve, vel fictilibus (pro cujusvis cõditione & facultatibus) sancte excipiebãt, & multis ceremoniis recondebant sepulchris, ad hoc pietatis officium præparatis: cõmixtis cineri gemmis, auroq; in pulverem redacto, & imminuto: adjectis etiam aromatib. selectissimis, & amicorũ lacrymis. Hancq; postremã pietatẽ defunctis parentibus, consanguineis, & amicis quanto poterãt apparatu, studio, curaq; præstabant, addentes funerib. suorum ludos, encomia publica, & sacrificia solennia, dijs Manibus & Inferis. Sepulchra quibus cineres claudebantur ornata erant epitaphiis, & diversis inscriptionibus, quibus defunctorum nomina exprimebantur, plerumq; mortis modus, ætatis anni, dies, & horæ, dona quæ ad aras quotannis conferebantur; & testamẽti explicabant ordinẽ. Existimabantq; illa omnia maxime pertinere ad mortuorum animas: quibus hoc officio, & justis inferiis pandebãt iter

facilius per Acheronta ad inferos, & illis placabiliores reddebant Infernos judices Minoa Rhadamantũ & Æacum: ut sine Eumenidũ flagris, incolumes ad Elysios penetrarent cãpos, & post potũ Lethes, omnium prioris vitæ tædiorũ obliti, fruerentur æterna quiete: Consulere quoq; se existimabant consolationi viventium, dũ desiderium suum mitigabant, & dolorẽ minuebant cõceptum ex obitu eorum, quos habebant carissimos. Et hac officiosa, ultimaq; cura, benevolentiã postremã persolvebant amicis, & vitã vita functis prorogabãt, memoriã illorum ad posteritatẽ protendentes. Vetus sane fuit hæc ubiq; superstitio: nihilq; remansit tenatius insculptũ mentibus hominũ, quàm curiosissimis inferiis, & ceremoniis funera suorum promovere: Memini cùm Romæ essem, & familiari colloquio interessem viri nobilissimi Marii Delphini Patricij Romani, & Titi Celsi Syracusani: inter quos cũ facta esset mẽtio Testacei montis, quẽ erectum ex coacervatione vasorum, & urnarũ fictiliũ in medio Circo Olympico videmus, rejecta opinione vulgari eorum, qui asseverebant eas urnas fuisse, in quibus tributa diversarum nationum Romã transferebantur, & in eum acervum semper exponi solitas. Ridiculam sententiã explodebant, & conjectura probabili statuebant, illum montem uno eodemq; tempore evectũ, ex urnis funebribus, quas edicto publico, tã pij Pontifices, quàm Imperatores Christianam doctrinã amplexi, jubebant eo conferri in unũ, & quasi sepeliri eodem in loco, cum reliquis funerũ sacris instrumentis, quib. ad has ceremonias Idololatræ solebant uti: & simul eodẽ edicto cautũ fuisse, ne aliis sacris & expiationibus uterẽtur populi, quàm Christianis, Mirũ est illum montẽ, qui in circuitu plus quàm duo millia passuũ cõtinet, & in altitudine 160. pedes, constet tamẽ ex solis urnis funebribus, & integris: ut probatum est ab Antonio Lafrerio sculptore Pontificio, qui ad latus hujus montis effodiẽs satis profunde, urnas novas, integras, & venusto toreumate formatas invenit: quoq; altiùs fodiebat, eò vasa magis extrahebat integra, eaq; ad cineres mortuorũ tantum accõmodata: ut testabãtur inscriptiones aliquot quæ vel in ansis, vel in ventre urnarũ sculptæ legebantur: ex quibus duę tantum mihi supersunt: quarum prima hoc continet. Diis Manib. Sexti salve, Sexti vale: Et alia, D.M. Livilla æternum parentis infelicis cõdolium, & desideriũ. Neq; approbabant summi illi viri eorũ dicta, qui asserebant locũ illum fuisse destinatum figulis: qui frequentes habitabant ad Tyberis ripam: qui ne fluvii impedirent alveum, jubebantur rupta fictilia, & excrementa omnia in eum locum conferre: Non est probabile Circum illũ Olympicum, in quo se assiduo exercebat juventus Romana ludis equestribus, & aliis exercitiis militaribus, fuisse tam vili, & sordido negotio destinatũ. Sed ut sese res habeat, certum est totum illum immanẽ acervum, erectum esse ex vasibus funebribus: quo probatur maximum fuisse eorum

usum inter antiquos: & unū quemq; magnum eorum numerum domi suæ præparatum habuisse ad funera: si modo verum sit Pontificum, Imperatorumq; edicto cautum, & iussum esse, ut omnia uno tempore in unum locum conferrentur: eiusq; rei memoriam pio silentio suppressam. Illi suam opinionem probēt. Nihil interea certius fuisse constat, olim ab omnis conditionis hominibus profusissimos sumptus factos in inferiis solvendis, in sepulchris struendis; & in donis, quæ legabātur ad sacra pro defunctis, & epulas celebrandas: cum tantū ubiq; videamus epitaphiorū, ut nullus sit urbis angulus, qui non possit producere magnum eorum numerum: & ut plurimum marmora sunt peregrina, & maximæ æstimationis: Idem quoq; factum legimus à Græcis, Asiaticis, Ægyptiis, & aliis barbaris nationibus. Hinc illæ pyramides Ægypti stupendæ magnitudinis & architecturæ. Quarum prima à Chemmi rege, quadrata forma structa est ante tria millia annorū: continetq; una quæq; facies in sua basi 1680 pedes: alta (secundum Diodorum) sex jugerū: quæ efficiunt, 1440. pedes: cùm jugerum constet 240. pedibus. Belonus, qui nostro tempore eas dimēsus est, asserit hanc pyramidem Chemnis continere gradus 250. qui simul efficiūt pedes 800. Facta est hæc enormis structura ex lapide Arabico durissimo, ut æternitatem promittere videatur. Omnium minimus ex iis lapidibus, triginta pedib. lōgior dicitur: erectaq; hæc moles loco arenoso, quatuor à Memphi (quæ hodie Cairus vocatur) milliaribus, uno cum dimidio à Nili ripa. Secunda pyramis priore multo minor, sed ex eodem lapide structa est à Cepho Chemnis fratre: cuius facies unaquæq; in sua basi lata est pedes 625. & hæc solida est: cùm prima cōtineat intrinsecus cōcamerata loca: ac in medio sepulchrū ex marmore nigro confectū. Et puteus effosus est in introitu profundissimus, qui ad Nili altitudinē respondere dicitur, cum Pyramis utraq; in monte sita sit. Tertia Pyramis omniū minima Mycerino regi tribuitur: vel ut alij malunt, ad Rhodopem meretriculā AEsopi fabulatoris conservā referenda est: quæ meretricio quæstu tantum collegit facultatū, ut hanc pyramidē reliquis quidem minorem, sed artificio atq; opere non inferiorē erigere sit aggressa. Pars enim illius inferior usq; ad altitudinem 22. pedum, facta est ex Basalthe AEthiopico lapide, nigro & durissimo: superior pars, quæ in acumen exsurgit, ex eodem lapide constat, quo duæ superiores. Prope has pyramides erectū est caput ingentis magnitudinis ex eodē Basalthe, super grandi basi ex eodē lapide. In suo circuitu continet pedes 102. Plinius scribit fuisse Sphyngē humana facie, sed leonino corpore: quæ à ventre ad altitudinē capitis cōtineret pedes 143. incertum est an hoc caput ejus fuerit Sphyngis, an alterius. Sphyges certe antiquitus sepulchris adhiberi arcano mysterio docet experiētia, in tot epitaphiis, quæ adhuc Romanis in marmoribus conspiciuntur. In eadē AEgypto Labyrinthus admirabili structura fuit ædificatus, ad regū sepulchrū,

de hoc Herodotus in Euterpe mentionem facit, illumq; præfert pyramidibus, reliquisq; omnibus operibus, quæ in Gręcia spectantur: templis etiam Ephesio, & Samio. Diodorus dicit structum esse à Meni, sive Maroso rege, ut in eo sepeliretur: ad cujus formam Dædalus Atheniensis alium in Creta Minoë regnante ædificavit, sed multo minorem, & artificio inferiorem.

Artemisia Halicarnassi regina Mausolo marito regi Cariæ post obitum erexit magnificentissimum sepulchrum: cui antea par non fuerat; neq; postea visum est. Tanto enim affectu virum complexa est, ut corpus in cineres redegerit; quos cùm non existimaret dignos qui putrescerent terra reconditi, hos potui commixtos deglutivit paulatim: ut corpus corpori dilecto jungeretur arctiùs. Convocavit interim artifices toto orbe celeberrimos, qui Cenotaphium erigerent congestis in unum facultatibus: Ædificium quadrata forma fuit: in circuitu 411. pedes continens, in altitudine cubitos 45. Hujus tam sumptuosæ structuræ architecti fuerunt Scopas, Bryax, Timotheus, & Leochares: qui singuli faciem unam Mausolei quadrati, quanta potuerunt arte, & exquisita sedulitate perfecerunt: horum autoritas, & experientia in sculpendo, tantum famæ tribuit operi, quantum impensæ, quæ factæ sunt à regina: His quatuor additus est quintus artifex nomine Pythis: qui quadratæ moli pyramidem addidit altitudine æqualem cum inferiore structura. Pyramis 24. graduum ordines continebat, ornata columnis ingentibus 36. Fastigium cujus sustinebat quadrigas, cum statua Mausoli ex marmore purissimo.

Hæc apud peregrinos ambitioso famæ studio fiebant: quibus Romani prono in gloriam affectu nunquam cesserunt. Augustus Cæsar ad imitationem Artemisiæ struxit Romæ sepulchrum amplissimum, in quo Cæsarum cineres reconderentur, quod Mausoleum vocavit: Ejus ruinæ videntur à posteriore parte templi S. Rochi, ad portam Flaminiam: & duo illi obelisci ex lapide ophite, qui fracti jacent in platea anteriore, fragmenta sunt superbi & vasti illius ædificii.

Tiberius Cæsar ex AEgypto curavit advehi Romam obeliscũ illum Vaticanum, qui hodie unicus erectus est & integer: in cujus summitate, globo deaurato, Iulii Cæsaris cineres repositi sunt: ut nostro tempore persuasum est.

In eodem Vaticano sepulchrum habuit Scipio, metam sive pyramidem diversis signis, & marmoribus insignem: cujus reliquiæ adhuc spectantur in pronao templi Vaticani, quod Paradisum vocant: ad cujus parietem Iotus pictor celeberrimus historiam Christi pinxit Mosaico opere claram. Scipionis sepulchri partes sunt, ingens nux pinea, quæ continet defuncti cineres, & pavones ænei deaurati.

Videtur & Pyramis alia integra, & erecta ex candido marmore

ad portam Ostiensem, mœnibus urbis inserta, qua testaceum montem spectant. In qua literis amplissimis Cestij nomen sculptum est: qui erat Collegij Epulonum magister, sive septemvir: quamvis hanc pyramidem totius Collegij sepulchrum nonnulli existimant: ut est verisimile: Privati hominis non esset tantos profundere sumptus, ad excitandum tanti precij sepulchrum.

Septimius Severus, ut aliquam sui memoriam celebrem relinqueret, monumentum erexit columnarum frequentia, & magnificentia spectabile: tanta altitudine, ut cætera urbis ædificia longe supereminerет: continebat enim constagnationes septem (unde septizonium vocatum est) quarum tres tantùm hodie supersunt, longa annorum, & temporis injuria nutantes, & ruinam minitantes: reliquiæ extant ad templum S. Luciæ, sub colle S. Gregorij.

Inter cætera monumenta, quæ Romæ fuerunt celebria, Moles illa Hadriani Imperatoris facilè eminuit, ac nisi primum obtinuit locum, nulli certè alii secunda fuit. Hanc Imperator (ut erat vir ingenio mirabili, & laudis, perpetuique nominis unice studiosus) erexit, variisque marmoribus, signis, & columnis preciosissimis exornavit: in qua cineres Antoninorum servarentur. Ejus molis ornamenta postea detracta sunt, & ad ædificia publica sunt adplicata: dum arx in ea strueretur, quę hodie Castellum S. Angeli dicitur. Columnæ illæ templi veteris Vaticani, omnium quæ in tota Italia videntur speciosissimæ, sepulchri hujus pars sunt.

Longum esset annumerare ea omnia, quæ tam in urbe quàm extra urbem videtur monumenta: nulla enim pars est, nullus locus, qui non trahat in admirationem spectantes: tanta ubiq; marmorum varietas, tanta columnarum frequentia, & sublimitas, tanta fornicum, & testudinatorum ædificiorum amplitudo, ut ab hominibus facta vix sit credibile. Inter quæ meritò reponi potest Cæciliæ Metellæ sepulchrum ad viam Appiam structum, quod Capo di boi dicitur: Id enim ex purissimo marmore albo factum est, forma rotunda, in turris amplissimę formam. In circuitu capitibus boum artificiose concinnatis & sculptis distinctum. Quodq; in eo maxime mirandum est: artificio tam singulari composita est ea moles, ut Echo loquentium voces septies, & octies distincte & articulate referat: ut in exequiis, & funere, quod Creticus uxori solemniter celebrabat, ejulatus plorantiũ multiplicaretur in immensum: non secus ac si Dii Manes, & omnes Inferorum animæ fatum Cæciliæ illius commiseratæ, ex imo terræ continuis plangerent ploratibus, suumque dolorem testarentur communem, quem lacrymis viventium conjunctum esse vellent.

Hæc nobis ab antiquitate relicta sunt, tanquam signa & notæ illius splendoris & magnificentiæ, qua Romani non solum cæteras orbis

natione

nationes,& monarchias æquarunt,sed etiã superiores evaserunt. Epitaphiis plena sunt omnia, tam in urbe quàm foris. Circa hæc enim plurimum curæ impenderunt antiqui: ut ejusmodi signis, suos ad posteritatem transmitterent humanitatis ac pietatis affectus. Quod non solùm in Italia factitatum videmus, sed in toto terrarum circuitu, quocunq; sese extendit Romanorum dominatio, & imperium. Vbique spectantur templorum, ararũ, sacellorum, statuarumq; dedicationes, columnæ, altaria, tabulæ, vasa, quæ inscriptiones edictorum, legum, senatus consultorum, testamentorum, elogiorum, & epitaphiorum referũt. Quæ omnia summo studio exquiruntur ab antiquitatis studiosis: eaq; ingenti precio empta, ad ornatum suarum ædium, hortorum, & locorum publicorum applicant. Ac præ cæteris hanc studii laudem sibi vendicant Romani: qui nullis sumptibus, nulli labori parcunt, ut hæc marmora coëmant, & locis cõmodis reposita, comiter & humaniter proponant spectanda peregrinis, qui semper in eam urbẽ frequentes conveniunt. De summis Pontificibus, qui autoritate, potentia, & judicio valent, non est mirum, si circa talia multum operæ dederint: In quorum Palatio Vaticano conspiciuntur, statuæ, tanta arte, ac perfectione perpolitæ, ut inimitabiles nostri temporis sculptoribus existimentur. Inter quas est Apollo Pythius, duæ Veneres, Cõmodus Imperator, Antinous, Mercurius, Cleopatra, & infinita alia signa: sed admirandum illud Laocoontis simulachrum, cum duobus filiis, quos uno lapide Agesander, Polydorus, & Athenodorus sculptores celeberrimi cælarunt: inventum est in vinea Felicis civis Romani, non procul à Titi Thermis, anno dñi, 1506. Neq; mirum si Michaël Angelus Bonarotus Florentinus (sculptorum & pictorũ qui à mille annis floruerunt longe primus) de his statuis aliquãdo dixerit Paulo III. P. M. illas esse relictas ab antiquitate, nõ ut quisquã eas imitaretur, sed ut miraculo spectantibus esse possent; ut rerum periti agnoscãt, aliquid divinitatis in antiquorum ingeniis resedisse; qui tantas res & aggressi sunt, & perfecerunt ea arte, & industria, ut ipsam Naturam videantur æquare, vel etiam in aliquibus superasse: Cum igitur huic Michaëli Angelo injunctũ esset, ut statuam Laocoontis mutilam reficeret, recusavit suam operam in hac re: sed ne videretur Pontificis detrectare imperium, brachiũ, quod statuæ deerat, ex gypso indurato (quod Stuchum vocant) qua potuit arte perfecit, sed non expolivit: ne videretur se conferre cum excellentibus illis Rhodiis artificibus, qui statuam sculpserant.

Iulius III. de Monte, P. M. post Pauli Farnesii mortem Pontificatum adeptus, hortos & vineam struxit ad viam Flaminiam. Hanc ædificiis sumptuosissimis, Terminis, imaginib. signis, & inscriptionib. exornavit. Subterranei n. fornices elaboratissimi ibi visuntur, ex quib. limpidi fontes manãt: in quibus dii marini colludentes cũ Nymphis, Cupi-

dines supervolitantes, satyri tripudiantes adplicati sunt. Palatium anterius stratū preciosissimis marmoribus, fultum columnis ingentibus & picturis exornatum præstantissimis. Sed quid non liceret summis illis viris, qui rerum omnium copia affluunt, & semper stippati, & culti viris summo ingenio præditis, quorum cōsilio res gerunt: Eorum muneris esse debet, has antiquitatis reliquias, tanquam sacrosanctas undiq; conquirere, & ad ornatum urbis conferre.

Horum exemplum secuti Cardinales meo tēpore illustres Farnesii, Vallæus, Cęsius, Carpensis, Bellaius, & alii nonnulli, cum Pontificibus decertare ausi sunt de impensis, & diligentia in cogendis in unum istis marmoribus. Et pleriq; ex patriciis & civibus: Quorū unusquisq; pro suis facultatibus collegit undiq; ea omnia, quæ digna putarunt ad ornatum suarum ædiū. Inter quos Collotii, Maphæi, Delphini, Buffali, & alii plurimi locum primum merito debent occupare. Quorum aliqui tanto studio in horū conservatione flagrarunt, ut ex iis M. Casale caput Iulii Cæsaris summa arte elaboratū servat: quod posteris ea cōditione possidendum reliquit, ut si id alienent, sive dono, sive venditione, Palatiū in quo hæc statua servatur, possessorem capitis sequatur: Et Marii Delphini pater cippū coemerat, qui ad vineā Traiani pertinebat, quē ut suo loco restitueret, vineam mercatus est ingēti precio, quamvis ea non haberet opus: sibi laudi ducens, si ad vineæ terminum reponeret antiquum cippum. Hæc ideo dico, ut cognoscant lectores, quo studio & cura Romani tam insignia antiquitatis opera colant, & custodiant.

At cum Romæ essem, collegeram fere omnia, quæ mihi videbātur notatu digna esse: delineationem templorum singulorum, Arcuum, Thermarum, columnarum, statuarum, ararū, reliquorumq; ædificiorum, quæ tota urbe splendidiora judicantur, Epitaphiaq; omnia & inscriptiones, quibus prisci temporis aliquod insigne testimonium continetur: ruinasq; antiquas, & fragmēta singula, quæ passim tam privatis, quam publicis parietibus adposita spectantur: Ex quibus portiunculā tantùm apud me retinui, quam hoc libro primo & secūdo lectori propono: ut amicorum petitioni, & studiosorū antiquitatis voluntati satisfacere possem. Quibus utinam tempestiviùs obtemperassem; non mihi bellorum civilium violentia fuissent adempta, quæ tot annis, tot laboribus, & impensis undiq; exquisita in unum coacervaveram. Sed mea damna dum recitatione hac refrico, nihil aliud facio quam renovare triste cordolium, & jacturam inæstimabilē quam feci, quaq; angor & maceror assiduo, sine ulla consolatione: cum de juventutis meæ laboribus, nihil mihi fere remāserit pręter amissorū desideriū Sed hęc pręter rē fortasse. Restat ut quod mihi superest, dilīgētia majore caveā ne cū cæteris tandē mihil depereat. Quod ne fiat Theodori Bryi Leodiensis

diensis sculptoris ingeniosissimi cura egregie cautū puto. Libros enim duos inscriptionum Romanarum cùm dedicavissem illustri viro Hermanno à Ghoër, Baroni de Pesche, hos Bryio sculpendos tradidit: in quibus cum duobus filiis Theodoro & Israële, viris summo ingenio præditis laborant jam aliquot annis. Abrahamus autem Faber Typographus Metensis, homo vigilantissimus, & in sua arte solertissimus, ea quæ præter sculpturam requiruntur typis excudēda suscepit: Quod si mihi Dei benignitas vitam servet, addam & tertium librum, quo continebuntur aliquot inscriptiones Italiæ, & aliarum regionum. Dico aliquot, propterea quòd ex plurimis, quas olim diversis in locis Italiæ, Croaciæ, Forojulii, Stiriæ & Illyrici collegeram, vix mihi centesima pars relicta est: quæ, ut prototypa erant, confusis chartis relicta servabantur inter meos libros: Fragmenta tamen hæc iterum coacervata, & redacta in unum, justum volumen efficient: additis aliquibus Galliæ inscriptionibus, quæ mihi à clarissimo viro Paulo Cavallerio, & aliis amicis missa sunt. His adjungam & quædam non indigna observatione, quæ novissime Metis inventa sunt: Metæ enim (quas Tacitus Divodunum Mediomatricorum Vrbem vocat) multa habuerunt antiquitatis monumenta: quæ fere omnia deleta sunt: & quicquid erat antiquum ad erigendam arcē collatum est. Fundamenta mœnium quæ sunt ad Portam Campanam facta sunt ex ingentibus saxis antiquis, in quibus inscriptiones leguntur plurimæ, videnturq; infinitæ deorum, hominumq;, & animalium figuræ: Sed hæc omnia quia visa sunt ad arcem struendam maxime idonea propter vicinitatem, quodq; lapides illi antiqui duriores essent, quàm ii, qui recēter è lapidicinis eruuntur, ideo sunt adplicata structuræ Citadellæ ab architectis. Servata sunt paucula in domo illustris Baronis Clerevantii, & clarissimi viri Petri Lepidi Procuratoris regii; quæ cum cæteris à me reponentur in tertio libro: quibus adjungam & paucula quæ mihi missa sunt Luxemburgo, excerpta è luculentissimis illis ædibus, quas illustris Comes Mansfeldius illic erexit: ut saltem si temporis injuria, bellorumq; inclementia subvertantur ædificia, possint hæc in bibliothecis alicubi reservari, ne plane pereant.

Reliquum est igitur ut huic primo volumini præponam nonnulla, quæ ad interpretationem sequentium facere posse judicavi: hac in re secutus exemplum reliquorum, qui hanc scriptionis materiam tractaverunt ante me. Excepi igitur ex Valerio Probo, & aliis, quicquid huic tractatui commodum, & necessarium visum est: quod in sequenti tabula propositum est ordine alphabetico.



VALERII PROBI GRAMMATICI DE NOTIS ANTIQVARVM LITERARVM.

CIRCA perscribendas, vel paucioribus literis notandas voces studium est necessarium: Quod partim usu publico, & observatione communi fit, partim pro unius cujusq; voluntate. Namq; apud veteres cùm usus notarum nullus esset, scribendi facultatem, maxime in Senatu qui aderant, scribendo ut celeriter comprehenderent, quædam verba, & nomina ex communi consensu primis literis notabant: Quod nominibus, prænominibus, legibus publicis, Pontificum monumentis, jurisq; civilis libris etiã nunc manet. Ad quas notationes publicas accessit & studiosorum voluntas; ut unus quisq; familiares sibi notas pro voluntate signaret: quas comprehendere infinitum est. Publicæ sane tuendæ sunt, quæ in monumẽtis plurimis, & historiarum libris, sacrisq; publicis reperiuntur: ut P. Publius. C. Caius. M. Marcus. Cn. Cneus. Q. Quintus. Mar. Martius. TI. Tiberius. CL. Claudius. T. Titus. SP. Spurius. SEX. Sextus. SER. Servius. OP. Opiter. A.V.C. Ab urbe condita. P. R. E. post reges exactos. P. C. Patres Conscripti. S. C. Senatus consulto. S. P. Q R. Senatus populusq; Romanus. EQ. R. eques Romanus. V. R. Vrbs Roma. C. R. Civis Romanus. COL. Colonia, Coloni. S. N. L. socii nominis Latini. MVN. Municeps, Municipia. N. L. nominis Latini. L. C. Latini coloni, & similia.

Secundum hæc Curiarum nomina, Tribuum, Comitiorum, Sacerdotiorum, Potestatum, Magistratuum, Præfecturarum, Sacrorum, Ludorum, rerum urbanarum, ponderum, mensurarum, juris civilis, & similium proprias habent notationes.

Literæ singulares in Jure Civili, in Legibus, & Plebiscitis.

P.I.R.P.Q.I.S.I.F.P.R.E.A.D.P. Populum jure rogavit, populusque jure scivit in foro pro rostris, & ante diem pridie.
E.H.O.L N.R. Ejus hac omnibus lege nihilum rogatur.
S.R.L.E.I.C.Q.O.R.E. Si rem lex ex jussu causaq; omnium rerũ esto.
S.N.L. Socii nominis Latini.
L.P.C.R. Latini prisci cives Romani.
M.E.M. D.D.E. Municipibus ejus municipii dare damnas est.
C.E.C. Coloni ejus Coloniæ.
Q.E.R.E.F.D. Quod ejus rei esse factum dicetur.
L.I.D.A.C. Lex Iulia de adulteriis coercendis.
V.D.P.R.L.P. Vnde de plano recte legi possit.
A.A.A.F.F. Auro, argento, ære, flando, feriundo.
I.N.Q.Q. Iustis nuptiis quæsita, quęsitus, vel, Iustus nuncius quęsitus.
S.Q.SS.E.Q.I.N.S.R.E.H.L.N.R. Si quid Sacrosanctum est quod jure non sit rogatum, ejus hac lege nihil rogatur.
V.P.R. Veteri possessori redditum.
V.A. Veterano adsignatum.
V.F. Vsusfructus.
S.C.P.S. Senatus Consultum plebiscitum.
Q.D.E.R.F.P.D.E.R.V.I.C. Quod de ea re fieri placeret, de ea re universi ita censuerunt.
D.C.S. De consultis sententia.
Q.F.E.I.S.F. Quod factum est in Senatu fuerit.
S.Q.M.D.E.R.A.P.P.V.L.O.E. CONS. PR. TR. PL. Q.N.S.Q E.V. A.P.P.V.F. Si quid me de ea re ad populum plebemve lati opus est, Consules, Prætores, Tribuni plebis, qui nunc sunt quod eius videbitur ad populum plebemve ferant.
S.F.S. Sine fraude sua.

In Actionibus.

A.T.M.D.O. Aio te mihi dare oportere.
Q.N.T.S.Q.P. Quando negas, te sacramento quinquagenario provoco.
Q.A.N.Q.N. Quando ais neque negas.
E.I.M.C.V. Ex jure manu consertum vocant.
S N.S.Q Si neget sacramento quærito.
S.S.C.S.D.E.T.V. Secundũ suam causam sicuti dixi ecce tibi vindicta.
Q.I.I.T.C.P.V.F.A. Quãdo in Iure te conspicio, postulo ut fias auctor.
T.I.A.V.P.V.D. Tempore judicem arbitrumve postulo ut dies.

I.D.T.S.P. In diem tertium, sive perendinum.
A.L.Æ. Arbitrium liti æstimandum.
Q.B.F. Quare bonum factum.

In Edictis Perpetuis.

I.D.P. Iuri dicundo præerit.
I.D.C. Iuris dicendi causa.
Q.R.F.V. Quod recte factum videbitur.
V.B.A. Viri boni arbitratu.
D.M.F.V.C. Dolo malo fraudisve causa.
I.D. Iudicium dabo, vel jurisdictio.
Q.E.R.E.T.P.I.R.D.TQ.P.DT.D.D.P.F. Quanti ea res erit, tantæ pecuniæ judicium recuperatorium dabo, testibusq; publice duntaxat decem denunciandi potestatem faciam.
Q.S.S.S. Quæ supra scripta sunt.
Q.I.S.E. Quæ infra scripta erunt.
I.C.E.V. Iusta causa esse videbitur.
N.K.C. Non calumniæ causa.
C.C. Consilium cepit: vel, Causa cognita: vel Causa commissa.
F.C. Fraudare creditores: vel, Fiduciæ causa: vel, Fide commissum.
P.C. Patres Conscripti: vel, Pactum conventum: vel, pecunia constituta.
V.C. Viri clarissimi: vel, vir Consularis.
C.V. Centum viri.
S.T.A. Sine tutoris auctoritate.
T.A. Tutore auctore.
F.E.D. Factum esse dicetur.
H.S. Hæc sic: vel, Hic situs: vel, hora secunda.
Q.A.M. Quemadmodum.
Q.M. Quo modo: vel quo magis.
P.P.L.I. Pro prædictæ litis judiciis.
I.S. Iudicatum solvi.
C.E.D. Convictum esse dicetur.
P.DEL.V. Pro delictis vindiciarium.
M.F.P. Malæ fidei possessor.

NOTA-



NOTARUM DICTIONUMQUE ABbreviatarum interpretatio.

A.

A. Aulus.
A.F. Auli filius.
A.N. Auli nepos.
A. vel, AN. Anno.
ANN. Annis: vel Annos.
A.RA. MIL. FRV. A rationibus militaris frumenti.
ABD. Abdicavit.
ABN. Abnepos.
ADN. Adnepos.
ADIAB. Adiabenicus.
AD.TRIB. IVD. Ad tribus judicandas.
AD.AVG. TEMP. Ad Augusti tẽpora.
ÆD.CVR. Ædilis curilis.
ÆD.DESIG. Ædilis designatus.
ÆD.PL. Ædilis plebis.
ÆL. Ælius.
ÆM. Æmilia.
AGRIP. Agrippa.
AL.Æ.I.PR.C.R. Alæ primæ Prætoriæ civium Romanorum.
V.AN.P.M. Vixit annos plus minus.
APP. Appius.
APP.E. Appellatus est.
ARG.P.X. argenti pondo decem.
AR.V.DD. Aram votivam dono dedit.
AVG. Augustus: vel, Augustalis.
AVG.LIB. Augusti libertus.
AVGG. Augusti de duobus.
AVGGG. Augusti de tribus.
AVG. CVR. R. P. Augustalis curator reipublicæ.
AVG.ET.Q.AVG. Augustalis, & quæstor Augustalium.
AVR. Aurelius.
AVG. augur.
AG. agit. AC. actio.
AM. amicus.
AM.N. amicus noster.
AVT. autoritas.
ADI.P adjutor patriæ: vel provinciæ: vel populi.
AD.L. ad locum.
AD.F. ad finem.
AD.E. ad exactionem.
AB.V.C. ab urbe condita.
A.L.ÆS. arbitrium litis æstimandæ.
A.D.P. ante diem pridie.
A.B.V. à bono viro.
ABS. absolutus.
A.L. alia lex.
ÆR.COL. ære collato.
ÆR. ærarium.
AM.P. amabilis persona.
A.O. alii omnes.
ÆQ.P. æqualis persona.
ARM.P. arma publica.
A.A.L.M. apud agrũ locũ monumenti.
A.P.R.C. anno post Romam conditam.
ANN.XXXX. annis quadraginta.
ANN.IV. annis quatuor.
ANT.T.C. ante terminum cõstitutum.
A.A.A.F.F. auri, argenti, æris flati feriundi.
ADP. adoptivus.
A.CVB.AVGG. à cubiculo Augustorũ.
A.RAT. à rationibus.

B.

B.F.C. Beneficiarius Consulis.
B.F.PR. Beneficiarius Prætoris.
B. PR. PR. Beneficiarius Præfecti Prætorio.
B.TRIB. Beneficiarius Tribuni.
BF. Beneficium.
B. Bona. BR. Bonorum.
B F. Bona fide: vel bona fortuna.
B F.C. Bona fide contractum.
B M. Bonæ memoriæ.
B.M. Bene merenti.
B M.F. Bene merenti fecit.
B.M.P.C. Bene merenti poni curavit.
B D.S.M. Bene de se merenti.
B.R.P. Bono reipublicæ.
BRIT. Britannicus.
B. Balbus.

BAL. Balbinus.
B.L. Bona lex.
B.C. Bonum concessum.
B. D. Bonum datum.
B.GR. Bona gratia.
B.I. Bonum judicium.
B.A. Bonam actionem.
B.P. Bona possessio: vel, bonorum possessor.
B.N. Bona nostra.
B.P. Bona paterna: vel, bonũ publicum.
B.F. Bene fecit.
B.AVS. Bonis auspiciis.
B AV. Bonis avibus.
B.V. Bonus vir: vel, bene vixit.
B.Q. Bona quæsita.
B.S. Bene satisfecit.
B.T. Bonorum tutor.
B.V.V. Balnea, vina, Venus.
B.F.P. Bona fide possessor.

C.

C. Caius.
C.S. Consulum sententia.
CL. Claudius.
CIP. Cippus.
CM. Comis.
CN. Cneus.
COR. Cornelius.
CÆS. Cæsar.
CÆSS. Cæsares.
CÆS. AVG. Cæsar Augustus.
C.F. Caii filius.
C.N. Caii nepos.
C.L. Caii libertus.
ↃL. conlibertus.
7L. Caiæ liberta.
7. Centuria: vel, centurio.
C. L. Centurio Legionis.
7 VET. Centuria veteri.
C.F. Clarissima fœmina.
C.C.C. Calumniæ cavendæ causa.
C.R. Civi Romano, aut civium Romanorum.
C.S.H.C.S.S.V.T.L. communi sepulchro heic siti sunt, sit vobis terra levis.
CAP. Capitalis.
CENT. Centurio.
CENS. &, CES. Censores.
COS. Consul.
COSS. Consules.

CL.CEL. Claudia celeia.
CL.VIR. clarissimus vir.
CLASS.PR. Classis Prætoria.
CN.F.CN.N. Caii filius. Caii nepos.
CN.LO. Cneo Lollio.
COL.IVL. Colonia Iulia.
COL.FABR. Collegium Fabrum.
COM.DOM. Comes domesticorum.
COM.HAB.C. Comitiorum habendorum causa.
COR.FLAM. Corrector Flaminiæ.
COS.DES. Consul designatus.
CVR.COL. Curator Coloniæ.
CVR.KAL. Curator Kalendarii.
CVR.PP. Curator pecuniæ publicæ.
CVR.R.P. Curator Reipublicæ.
CVR. VIAR. ET. RIP. TYB. Curator viarum & riparum Tyberis.
COL. Coloni: vel colonia: vel collega.
C.E.C. Coloni ejus coloniæ.
CR. Creticus.
CN.ARR. Cneus Arrius.
CC. Consilium cepit.
CC. Causa cognita.
C.V. Centum viri.
COM.B. Commune bonum.
C.C.C. Censa civium capita.
C.IVL.CÆS. Caius Iulius Cæsar.
CENS.A. Censoris arbitratu.
COH. Cohors. ↄ.L. Caiæ liberta.
ↄL.K. Conlibertæ carissimæ.
C N. Civis noster.
CVR. Curionum, vel curiarum.
CEN. Centuria.
CENT. Centuriones.
CENS.P. Censor perpetuus.

D.

D. Dedicavit.
D.D. Dono dedit, & dedicaverunt.
D.CÆS.AVG. Divus Cæsar Augustus.
DEST. Destinato.
D.M.F.V.C. Doli mali fraudisve causa.
D.PR. De precio.
D.P. Divus Pius: vel, diis Penatibus.
D. Devotus: vel, Decius.
D. Decimus.
D.F. Decimi filius.
D.L. Decimi libertus.
D. D. L. M. Donum dedit libens merito.

D.M.

D.M.S. Diis Manibus sacrum.
D.N. Domino nostro, &, DD. NN IMPP. Domini nostri Imperatores.
D.N.M.Q.E. Devotus numini majestatique ejus.
D.S.D. De suo dedit.
D.S.DD. De suo dedicavit.
D.S.P. De suo posuit. De sua pecunia.
D.S.P.F.C. de sua pecunia faciendum curavit.
D.S.B.M.PON.C. de se bene merenti poni curavit.
D.S.IN.MIT. Deo Soli invicto Mithræ.
D.S.P.V.I.S.M.ET.L. De sua pecunia votum idem solvit merito & libens.
DEC. ORN. Decuriæ ornamento.
DICT. Dictator.
DVC.DVC. Duce ducenario.
D.V. Devota virgo, vel, vir.
D.D. Dotis datio: vel, diis dantibus: vel dono dedit.
D.DD. Dono dedere.
D.G. Dedit gratis.
D.H. Donavit heredibus.
D.O. Deo optimo: vel, diis omnibus.
DEC. Decius.
DOT.P. Dotem petit.
D.F. Dotem fecit: vel, donum fecit.
D.M Dolum malum. vel, dubium malũ.
D.M. Domus mortui.
DIL. Dilectissimus.
DVL. Dulcissimus.
D.Q.R. De qua re.
D.Q.S. De quo supra.
D.C.S. De Consulum sententia.
DIG.M. Dignus memoria.
D.PEC.R. De pecuniis repetundis.
D.T.S.P. Diem tertium siue perendinũ.
DR. Drussus.
DIC.PER. Dictator perpetuo.
DL. Delego.
D.D.D. Datus decreto Decurionum.
DEC.DEC. Decem Decani.
D.L.M. Donavit locum monumenti.
D.D.L.M. Dono dedit libero munere.
D.L.D.P. Diis locum dedit publice.
DOM. COS. XIII. LVD. SÆC. F. C. Domitianus Consul decimo tertio ludos sæculares faciundum curavit.

E

EQ.PVB. Eques publicus.
EQ.STAT.PVB.D. Equestri statua publice donatus.
EQ.R. Eques Romanus.
E.A.D.CÆS. AVG. Ex autoritate divi Cæsaris Augusti.
E.B.S. Ex bonis suis.
EX.D.D. Ex decreto Decurionum.
EX.D.ORD. Ex decreto ordinis.
EX.PR. Ex prædio.
EX.S.C. Ex Senatus consulto.
EX.VOT. Ex voto.
EX. DECR. Q.F. Exemplum Decreti quondam facti.
E. Est. EE. Esse. ER. Erunt.
E.M. vel, E⁹ M⁹. Ejusmodi.
E.D. Ejus domus. E.H. Ejus heres.
E.L. Edita lex.
EMP. Emptor.
EQ.ORD. Equestris ordinis.
E.F. Ejus filius.
EX. DOM. AVG. Ex domo Augustorum.

F.

F. Filius.
F. vel. a. Filia.
F.FAM. Filius familias.
FR. Fratres.
FR.F. Fratris filius.
FOR.F. Forti fortuna.
FOR.I. Forum Iulium.
FOR.L. Forum Livium.
FOR.SEMP. Forum Sempronii.
F.F.F. Fortior fato fortuna.
FOR.RED. Fortunæ reduci.
F.M. Fieri mandavit.
F.M.I. Fati munus implevit.
F.C. Fidei commissum: vel, fiduciæ causa: vel, fraude creditoris.
F.C. Fecerunt: vel, fundaverunt: vel, fabricaverunt.
F.E.D. Factum esse dicitur.
FR. Fronte.
FL. Flavius.
FLAM. Flaminius.
FACC. vel, F.C. Faciundum curavit.
F.D. Fide data.
F.I. Fieri jussit.
F.N.C. Fidei nostræ commisit.
F.V.C Fraudisve causa.

FABR.COL. Fabrum collegium.
FAB. Fabius.
F.H. Filius heres.
FVL. Fulvius.
F.POM.TER.P.C.R.R.P.CCC. Fines pomœrii terminavit proximo cippo ruderibus rejectis pedes trecentos.
FER.LAT.C. Feriarum Latinarũ causa.
FEC. Fecialis.

G.

G.F. Geminæ fidelis.
GEM.L. Gemina Legio.
GER. & GERM. CÆS. Germanicus Cæsar.
GR. Gesserunt.
G.R. Genus regium.
GL. Gloria.
GL.P. Gloria parentum: vel, patriæ: vel populi.
GL.EX.R. Gloria exercitus Romani.
G.L.S. Genio loci sacrum.
G.AVG. Genio Augusti.
GL.N.L. Gloria nominis Latini.
GL.R. Gloriæ Romanorum.
GL.P.R. Gloria populi Romani.

H.

H. Heres: vel, hereditas: vel, hora: vel, honor.
H.V. Honestus vir.
H.F.N. Honesta familia natus.
H.L.N. Honesto loco natus.
H.S. Hora secunda: vel, hoc sit.
H.F. Heres fecit.
H.F.C. Heredes faciũdum curaverunt.
H.B.M.F.C. Heres bene merenti faciundum curavit.
H.A.I.REM. Honore accepto impensam remisit.
H.A.H.N.S. Hæc ara heredes non sequetur.
H.E.T.F.C. Heres ex testamento fieri curavit.
H.M.H.S. Hoc monumentum heredes sequetur.
H.M.H.E.N.S. Hoc monumentum heredes exteros non sequetur.
H.M.D.M.A. Huic monumento dolus malus abest.
H.M.S.S.E.H N.S. Hoc monumentum sive sepulchrum est, heredes non sequatur.
H.S.E. Heic situs est.
H.S.S. Heic siti sunt.
N.V.S.R. Honore usus sumptũ remisit.
H.M.AD.H.N.TRAN. Hoc monumentum ad heredes non transit.
H.I. Hereditario jure.
H.L.D. Hunc locum dedit.
H.L.S.E. Hoc loco sepultus: vel, situs est.
H.B.F. Homo bonæ fidei.
H.S.V.F.M. Hoc sibi vivens fieri mandavit.

I.

I.O.M.S. Iovi optimo maximo sacrum.
I.O.M.E.IVN.REG.ET G.LOCI. Iovi optimo maximo: & Iunoni Reginæ, & Genio loci.
I.S.C. Iudex sacrarum cognitionum.
I.S.S. Infra scripta sunt.
I.D. Iure dicundo.
I.In. I.Inter. ID. Interdum.
I.P. Intra provinciam.
I.L. Intra limites.
I.T.C. Intra tempus constitutum.
IM.ANN.IV. Immunis annis quatuor.
IM.II.HON.IIII. Immunis iterum, honoratus quartum.
IMP. Imperator.
IMPP. Imperatores duo.
IMPPP. Imperatores tres.
I.A.P.X.IN.F.P.IIX. in agro pedes decem, in fronte pedes octo.
IN.H.DOM.DIV.DD. In honorem domus divinę dedicarunt.
IN.H.M. In hoc magistratu.
IN.MM.E. In magistratu mortuus est.
IN.E.L.F.E. In eius locum factus est.
IN.PR.O.E. In prælio occisus est.
IN.SING.H. In singulos homines.
IN.TVT. In tutelam.
INF.ÆR.PP.L.X. Inferat ærario Pontificum libras decem.
II.VIR. Duumvir: vel, II.VIR.II.V.DD. Duumviris dedicantibus.
IVL. Iulius. IVL F. Iulii filius.
IVL.L. Iulii liberta.
IVR.DIC. Iure dicundo.
IVR.REG. iurisdictio regionis.
I.P. jus Pontificum: vel, in possessione.
I.L.S. in loco sacro.
I.S.S. inferius scripta sunt.
I.L.D. in loco divino.

I.E. Iudex esto.
I.L.P. In loco publico.
I.P. Iustus possessor.
I.S. Iudicio Senatus, vel, judicatum solvit.
I.S.C. In Senatus consulto.
IN.FO.CÆS. In foro Cæsaris.
I.F.P. In foro Pacis.
I.F.T. In foro Traiani.
IN.F.B. In foro Boario.
I.R. Iure Romano: Iure rogavit.
IN.F.P.R. In foro pro rostris.
I.N.Q. Injustis nuptiis quæsitum.
I.D.P. Iuri dicundo præfuit.
I.D.C. Iuris dicendi causa.
I.C.E.V. Iusta causa esse videbitur.
I.D. Inferis diis.
I.S.R. In Senatu Romano.
I.L. Iure legis.
I.F.I.A.V. In fronte in agro versus.

K.

K. vel, KAL. IAN. Calendis Ianuariis.
K. QVINT. Calendis Quintilibus.
KAL. SEXT. Calendis Sextilibus.
K.D. Capite diminutus.
K.C. Capite census.
K.P. Cardopositus.
K.F. Cardo finalis.
KA. PER. Castra peregrina.
KA. DD. Castra dedicarunt.
K. Carissima.
K. CONT. Caro contubernali.
K. Candidatus.

L.

L. Lucius.
L.T. Lucius Tacitus. & legem tulit.
L.F. Lucii filius, vel, Lustrum fecerunt.
L.C. Lucius Cornelius, vel, Lege cavetur.
L.M. Lucius Murena.
LC. SACR. Lucrum sacrum.
L.D. Locum dedit. Locum dedicavit.
L.E. Locus emptus.
L.P. Loco proprio.
L.Q.S. Loco qui supra.
L.C. Latini Coloni.
L.S. Laribus sacrum.
L.P.C.R. Latini Prisci, cives Romani,
L.D.D.D.E. Locus decreto decurionum datus est.
L.A.D. Locus alteri datus.
L.E.D. Lege ea damnatus.
L.M.A.H.T. Locus monumenti ad heredes transit.
L.P. Lege punitus.
L.R. Lex Romana.
L.V. Lex vetat.
LG.D. Legem dedit.
L.T. Legem tulit.
L.D.B.D.S.M. Locum dedit bene de se merenti.
L.AGR. Lege agraria.
L.IVL. Lex Iulia.
L.VOC. Lex Voconia.
L.CIN. Lex Cincia.
LIB. Libertus.
L.L. Lucii libertus.
LEG.X. Legio decima.
L.PVB. Loco publico.
L.P.R. Loco privato.
L.D. Locum dedit.
L.H.D.DD. Locũ hunc diis dedicavit.
L.P.D. Locus publice datus.
L.SACR.D. Loco sacro dicatum.
LG. Legavit.
LVD. MAT. Ludus matutinus.
LVD. AP. Ludi Apollinares.
LVD. EQ. Ludi equestres.
L.L.Q.F. Lucius Luceius Quinti filius.
L.C. Locus concessus. vel, loco cõcesso.
L.D.S.P.D. Locum de sua pecunia dedit.
L.D.D.S. Locus datus decreto Senatus.
L.D. Libens dedit.
L.L.Q.P.Q.E. Libertis libertabusque posterisq; eorum.
L.P.V.LAT.P.III. Longum pedes quinque latum pedes tres.
LEG. Legatus. vel, legio. vel, legavit.
LEG.LEG. Legatus legionis.
LEG.PR. Legatus provinciæ.
LEG.VII.CL.GEM.P.FIDEL. Legionis septimæ Claudiæ Geminæ piæ fidelis.
L.S.S. Legionis supra scriptæ.

M.

M. Marcus, Miles, Mensis.
M.F. Marci filius.

M.COH. Miles Cohortis.
MVN. Municipium, vel, municeps.
M.E.M. Municeps ejus municipii.
MAG.EQ. Magiſter equitum.
MAG. Magiſtratus.
M.L. Monumenti locus.
M.D.M.I. Magnæ deum matri Ideæ.
M.F.C. Monumentum fieri curavit.
MAG. ET. DEC. Magiſtris & decurionibus.
MAG.VIC.P. Magiſter vici Pacis.
MAG. VIC. SAND. Magiſter vici Sandaliaris.
MAG. QVIN. COLL. FABR. TIGN. Magiſtri quinquennales collegii fabrum tignariorum.
MAG. X. VIR. Magiſter decemvirum.
MIL. ANN. XXXIV. Militavit annos triginta quatuor.
MIL. COH. III. Miles Cohortis tertiæ.
M.LEG.SS. Militi legionis ſup. ſcriptæ.
MIL.CL.PR. Miles claſſis Prætoriæ.
M.C. ET. CONS. Monumentum condidit & conſecravit.
M.X.V. Menſes decem vixit.
M.C.P.C. Memoriæ cauſa poni curavit.
MER.S. Mercurio ſacrum.

N.

N. Nonius, vel, Nepos, vel, Natione.
N. Nautarum.
N.MON. Novum monumentum.
NAT.GAL. Natione Gallus.
NQ. Nuſquam.
NON.TRAS.H.L. Non tranſilias hunc locum.
NVM. DOM. AVG. Numini domus Auguſti.
NR. Nero. Neratius.
N.L. Nominis Latini, vel, Non licet.
N.K.C. Non calumniæ cauſa.
NOB. Nobilis.
NON. Nonarum.
N. Numus. Numiſma. vel, Noſter.
N.F.C. Noſtræ fidei commiſſum.
N.F.N. Nobili familia natus.
N.G.N. Nobili genere natus.
N.MACR. Nonius Macrinus.
NEP.CONT.NAVT.S. Neptuno contubernio nautarum ſacrum.
NAT. Natalia.
NAV. Naves. NVP. Nuptiæ.
NEPTVN. Neptunalia.
NEG. Negotiantes.

O.

OP. PR. Optimo Principi.
OPP. Oppidum, vel oppidani.
OB.C.S. vel, OB. CIV. SER. Ob cives ſervatos.
O.D.S.M.P. Optime de ſe merenti poſuit.
OB. Obiter.
O.E.F.Q. Oſſa ejus feliciter quieſcant.
OR. CI. Ornato civi.
E.O.H.S.S. Ejus oſſa heic ſita ſunt.
OR.MIL. Ordo militum.
OB.M.E. Ob merita ejus.
OB.M.P.E. Ob merita pietatis eius.
OB.HON. AVG. Ob honorem Auguſtalitatis.
OB. AN.V.XCI. Obiit anno vitæ nonageſimo primo.
OFF. FAB. FER. Officinæ fabrum ferrarium.
ORD.RET. Ordine retrogrado.
ORB.PAR. Orbati parentes.

P.

P. Pontifex, Pater, Publius. Poſuit.
P.R. Populus Romanus.
P. F. ET. P. N. Publii filius, & Publii nepos.
P.ɔL. Publii conliberta.
P. COL. Patrono Coloniæ.
P.D.S.IM.C. Ponendum de ſua impendia curavit.
P.C. Poſt conſulatum.
P.F. TR. AVG. Pius felix triumphator Auguſtus.
P.M. vel, PONT. MAX. TRIB. POT. Pontifex maximus Tribunicia poteſtate.
P.P. Pater patriæ, vel, pecunia publica. vel, publice poſuit.
P.P.P. Præfectus prætorio Provinciæ.
P.H.C. Prætor Hiſpaniæ citerioris.
PP. H. T. Præſes provinciæ Hiſpaniæ Tarraconenſis.
P.DD. Publice dedicatum.
P. D. D. K. IAN. Poſita decreto Decurionum Calendis Ianuariis.
P.R. Populus Romanus.
P.S.F. Pecunia ſua fecit.
PART. MAX. Parthicus maximus.

PAT.COL. Patrono Coloniæ.
PEC.vel PEQ. S. DD. pecunia, vel pequnia sua dedicavit.
P.I.R. Populum jure rogavit.
P.S.P.Q.S. posuit sibi posterisq; suis.
PS. Plebiscitum.
PR. Prætor.
PRR.VRBB. Prætores urbani.
PERT. Pertinax.
PL. TR. Plebis Tribunus.
P.C. vel PP.C. patres conscripti.
P.C. pactum conventum.
P. C. pecunia constituta, vel, patrono Coloniæ.
P.K.SEXT. vel, PR. KL. pridie calendas Sextilles.
PRON. Pronepos.
PR. ID. pridie Idus.
PR.S. prætoris sententia.
P.R.E. post reges exactos.
PROC. Proconsul.
P.M. Pontifex maximus.
PROCOSS. Proconsules.
P. M. Principi militum poni mandavit.
PR. PER. prætor peregrinis.
PR. IVVET. principi juventutis.
P. ÆL. AVG. LIB. Publius Ælius Augusti libertus.
PR. Præses.
PRSS. Præsides.
PRÆF. VIGIL. Præfectus vigilium.
P. S. F. C. proprio sumptu faciundum curavit.
POST. Postumus.
POST. LIB. Postumi libertus.
PR.K. Prætori candidato.
PR.Q. Prætori Quæstori.
PR. PR. Præfectus Prætorio.
PR.I.D. Præfectus juri dicundo.
PR. ÆR. Præfectus ærario.
PRO.COS. Proconsul.
PRON. Pronepos.
PRO. XX HER. Procurator vigesimæ hereditatum.

Q.

Q. Quintus. Quinctius. Quæstor.
Q. Quæstori.
Q.S.S.S. Quæ supra scripta sunt.
Q. ALIM. Quæstori alimentorum.
Q. K. Quæstori candidato.
Q.PR. Quæstori provinciæ.
Q. VRB. Quæstori urbano.
QVÆSS. Quæstores.
Q. R. F. E. V. Quod recte factum esse videbitur.
Q.N.A.N.N. Quando neque ais, neque negas.
Q.B.F.E. Quare bene factum est.
Q.E.R.E.V. Quãti ea res esse videbitur.
Q.B.M.V. Quæ bene mecum vixit.
Q.V.M.A.XXIX.S.OF. Quæ vixit mecũ annis viginti novẽ sine offensa.
QQ.PP. Quinquennalicii perpetui.
Q.INF.SC.S. Qui infra scripti sunt.
Q HH.SS. Qui heredes sunt.
Q.D.E.R.F.P.D.E.Q.I.C. Quod de ea re fieri placuit, de ea re ita cẽsuerunt.
IIII.|VIR. Quadrum vir.

R.

R. Roma.
R.V. POM. TER. Romanæ urbis pomœria terminavit.
R.G.C. Rei gerundæ causa.
R.P. C. Reipublicæ causa.
R.P.C.C. Reipubl. constituendæ causa.
REM.PVBL. N. Rempubl. nostram.
R.L.P. Recte legi possit.
RET.P.XX. Retro ped. viginti.
R.R.P.C.TER. Ruderibus rejectis proximo cippo terminavit.
R.M. Rei militaris.
R.C. Romana ciuitas, vel Rom. cives.

S.

SP. Spurius.
SP.F. Spurii filius.
SP. N. Spurii nepos.
SER. Servius, vel Sergius.
SEX. Sextus.
S.C. Senatus consulto.
S.D. Sententiam dixit.
S.N.L. sociis nominis Latini.
S.F.S. sine fraude sua.
S.T.A. sine tutoris autoritate.
S. P. Q. R. Senatus, populusq; Roma.
S.N.S.Q. si negat sacramento quærito.
S.S.C. secundum suam causam.

SL. Sacrorum Ludorum.
SS. ſacri ſcrinii.
S.P. ſacri Palatii.
ST.MIS. ſtipendio miſſus.
S.P.D. Salutem plurimam dicit.
S.S.S. Silvano ſancto ſacrum.
S.P.S.P.S.P.C. ſua pecunia ſibi poſterisq; ſuis poni curavit.
S.C.F.E. Senatus conſultum factum eſt.
SS. ſanctiſſimus.
S. ſacrum, vel ſacellum.
SIC.V. ſicut voluit.
SS. Senatus ſententia.
SEP.SEV. Septimius Severus.
S.L.M. Solvit lubens meritò.
IIIIII. VIR. AVG. Sevir Auguſtalis.
S.S.S. ſupra ſcriptæ ſummæ.
S.P.F.C. ſua pecunia fieri curavit.
S.S.P. ſuo ſumptu poſuit.
S.V.P. ſibi vivens poſuit.
SAC. Sacerdos.
S.P.P.S. ſacris publicis præſto ſunt.
SARM. Sarmaticus.
SER. COL. ſervii colliberta.
SERT. Sertorius.
SED.S.C. Seditionis ſedandæ cauſa.
SEV. AVG. ſeviro Auguſtali.
SEXT. Sextilis menſis.
SING.* II. ſingulis denarios binos.
SPEC. LEG. ſpeculator Legionis.
STIP. ſtipendio, vel ſtipendiavit.
ANN. VI. annis ſex.

T.

T. Titus.
TI. Tiberius.
TVL. Tullius.
T.A. Titus Annius.
T.A. Tutore autore.
T. Turma.
T. AVG. Tutelæ Auguſtæ.
T.F.I. Teſtamento fieri juſſit.
TR.PL. Tribuni plebis.
TR.MIL. Tribunus militum.
TR.ÆR. Tribunus ærarii.
TR.POT. Tribuniciæ poteſtati. vel Tribunicia poteſtate.
TR.CEL. Tribunus Celerum.
TR.V.MON Triumviri Monetales.
TR.V.CAP. Triumviri Capitales.
TER. DD. terminum dedicavit.
T.C. Teſtamento cavetur.
TR.LEG.II. Tribunus Legionis ſecūdæ.
TR.AM trans amnem,
TVT. tutor, tutela.
T.P. titulum poſuit.

V.

V.R. Vrbs Roma.
V. Volerus, vel Voluſus.
V.A. Veterano adſignatum.
V.F. uſusfructus.
V.PR. Vrbi Præfectus.
V.F.S.C. vivens fieri ſibi curavit.
V.F.S.E.S. vivens fecit ſibi & ſuis.
V.P. vir Patricius.
V.C. vir Conſularis, vel vir Clarus.
V.S. votum ſolvit.
V. DD. voto dedicatum.
V.S.C. votum ſolvi curavit
V.S.I. vice ſacra judicans.
V.B.A. viri boni arbitratu.
V.P.R. veteri poſſeſſori redditum.
V.PR. vir Prætorius.
V.DICT. vir Dictatorius.
V.VRB. vir Vrbanus.
VI. VIR. vel IIIIII. Sextum vir.
V.P. vivens poſuit.
V.S.L.S. vivens ſibi locum ſtatuit.
V. ANN. XXII. M. VI. D. V. vixit annos viginti duos, menſes ſex, dies quinque.
VAL. Valerius.
V.B.F. vir bonæ fidei.
V.C. Vrbis conditor.
VIR. VES. virgines Veſtales.
V.NON. quinto nonas.
VET. LEG. II. veteranus Legionis ſecundæ.
VI. VIR. EPVL. ſevir, vel ſextum vir Epulonum.
VIII. VIR. Octumvir.

X.

X. VIR. Decemviri.
XV. VIR. SAC. FAC. quindecim viri ſacris faciundis.
XX. vigeſimæ hereditatum.

DE NOTIS NVMERORVM.

Antiqui notis his numerorum usi sunt, quæ hodie ex bona parte desierunt, ex quo tempore notæ illæ (quas schiffras vocamus) in usum venerunt.

I	1.	XX.	20.	C.	100.
IV.	4.	[symbol]	30.	CD.	400. C[symbol].
V.	5.	XL.	40.	D.	500. vel, IƆ.
IIIII.	6.	L.	50.	DC.	600.
IIX.	8.	LX.	60.	DCC.	700.
IX.	9.	L [symbol]	70.	M.	1000. vel ∞.
X.	10.	XXC.	80.		vel CIƆ. vel [symbol].

Omnes enim numeri, omnisque summa harum notarũ accessione crescunt, detractione decrescunt.

Prima nota, I si cui notæ præponatur, id est ponatur à tergo, unum detrahit, ut IV. quatuor, IX. novem, IIX. octo.

At si linea transversa super imponatur notis, eas notas tot millia continere innuit, quot alioqui minores numeros contineret: exempli gratia, $\overline{\text{III}}$. significat tria millia: $\overline{\text{VII}}$. septem millia: $\overline{\text{X}}$. decem millia; & ita de reliquis iudicandum est.

∞ [symbol]. 4000. significat.

$\overline{\text{V}}$. vel, [symbol]. vel, IƆƆ. vel, [symbol]. 5000.

$\overline{\text{L}}$. CCIƆƆ. vel, [symbol] vel, [symbol]. vel, CCIƆƆ. 10000.

[symbol] [symbol]. Quindecim millia.

[symbol] [symbol]. vel, [symbol] [symbol]. Viginti millia.

$\overline{\text{L}}$. IƆƆƆ. vel, IƆƆƆ. Quinquaginta millia.

$\overline{\text{C}}$. CCCIƆƆƆ. vel, CCCIƆƆƆ. Centũ millia.

IƆƆƆƆ. Quingenta millia.

$\overline{\text{M}}$. Mille millia.

CCCCIƆƆƆƆ. Decies centena millia.

PONDERVM NOTÆ.

S.	Semis alicuius rei.
L.	Libra: vel Nummus libralis.
LS.	Libra cum semisse.
LL.	Dipondius duarum librarum.
LLL.	Tripondius trium librarum.
LLS.	Sestertius, duarum librarum semis.
✳	Denarius.

DE PONDERIBVS ROMANIS.

LIBRA, pondo, As siue Assis, inter minora pondera est maximum: inter maiora autem minimum: Continetque vncias duodecim.

Romani confecerunt omnia maiora pōdera ex libra & pondo: nisi quod interdum à libra libralis, hoc est, vnius libræ dixerunt: item bilibris, trilibris, & quadrilibris: hoc est duarum, trium, & quatuor librarum. Sic à vocabulo pondus venit dupondius, duorum ponderum. Assipondium, quod vnum pondus (nam As erat libræ pondus) & centipondium, centum librarum dicebatur.

A pondo quoque duapondo, & trepondo, quod duo & tria pondo continerent, dixerunt antiqui.

Pondo igitur si solum ponatur, libram vnam notat. Si alteri ponderis vocabulo adiicitur, pondus simpliciter significat: vt in his: pondo vncia, pondo semiuncia: vt à libra & vncia, & aliis, cum mensuræ sunt, distinguatur.

Libræ partes sunt, uncia per se. sextans, duæunciæ: quandrans, tres unciæ: triens, quatuor: quincunx quinque: semis sex, quæ etiam selibra dicitur: septunx, septem unciæ: Bes, octo unciæ. Dodrans, novem unciæ: dextans, decem unciæ: deunx undecim unciæ.

Libra in æquas partes sic dividitur, in semisses duos: in trientes tres: in quadrantes quatuor: in sextantes sex: sescuncias octo, & uncias duodecim.

Libra in partes impares diuiditur sic. In deuncem & vnciam: in dextantem & sextantem: in dodrantem & quadrantem: in bessem & trientem: in septuncem, & quincuncem.

Rursum libra in alia minora pondera, in has æquas partes diuiditur. In semuncias XXIIII. duellas XXXVI. sicilicos XLVIII. sextulas LXXII. denarios LXXXIIII. victoriatos CLXXVIII. scriptula CCLXXXVIII.

Selibra, siue semis, diuiditur in quadrantes II. sextantes III. secūcias IIII. vncias VI. semiuncias XII. duellas XVIII. sicilicos XXIIII. sextulas XXXVI. denarios XLII. victoriatos LXXXIIII. scriptula CXLIIII. Aliæ partes libræ, ex vnciæ diuisione colliguntur.

Vncia, secatur in semuncias II. duellas III. sicilicos IIII. sextulas VI. denarios VIII. victoriatos XIIII scriptula XXIIII.

Semuncia, in duellam cum dimidia: sicilicos II. sextulas III. denarios III. cum dimidio: victoriatos VII. scriptula XII.

Duella, in sicilicum vnum, & eius tertiam: in sextulas II. denarios II. & eius tertiam: victoriatos quatuor cum dimidio, & tertiam dimidii: in scriptula octo.

Sici-

Sicilcus, in denarium cum dimidio, & ejus quartam: in victoriatos tres cum dimidio: & in scriptula sex.

Sextula, in denarium, & sextã ejus: in victoriatos duos, & ejus tertiam: & in scriptula quatuor.

Denarius, in victoriatos duos: scriptula tria, & tres ejus septimas: in sextantes sex: sicuti & drachma apud Atticos, in totidem obolos distribuitur.

Victoriatus, in scriptulum unum cum dimidio, & tres decimas quartas scriptuli.

Scriptulum, quod hodie scrupulum dicitur, vel denarius, cõtinet partes, quas ex Græcorum ponderibus intelligemus.

DE ASSE PRO PEDE.

PES in spatiis & continuata quantitate, idem est quod as in ponderibus: Veteres usi sunt Asse, & partibus ejus, pro pede & ejus partib.

Pes igitur dividitur in uncias sive pollices XII. sive digitos XVI. & hanc mensuram digitorum duodecim Græci vocant Spitamen.

Palmus digitos cõtinet quatuor: reliqua petẽda sunt ex Assis divisione.

Iugerum diuiditur eodẽ modo: cujus minima pars vocatur scrupulũ: continetq; pedes decem: estque ut testatur Varro, longitudine ac latitudine quadratum.

DE PONDERIBUS GRÆCORUM, *præsertim Atticorum.*

TAlentum fuit duplex minus & majus: sive magnum & parvum. Talentum parvum continet minas LX. magnum autem LXXX.

Talentum Babyloniorum drachmas valuit VII. AEgineum valuit X. Syrium M.D. Atticæ drachmæ æstimatione: fuit & Euboicum fere cum Attico idem.

Talentum igitur Atticum parvum distribuitur in minas LX. drachmas $\overline{\text{VI}}$. obolos XXXVI. semiobolos LXXII. chalcos CCXVI. lepta MDII.

Mina quoq; fuit duplex vetus & nova: vetus continebat drachmas septuaginta quinque: nova valuit centum drachmis.

Mina igitur nova drachmas C. continuit: obolos sexcẽtos: semiobolos mille ducentos: chalcos $\overline{\text{III}}$DC. Lepta (quæ à nonnullis minuta dicuntur) $\overline{\text{XXV}}$CC.

Drachma dividitur in obolos sex: semiobolos duodecim: chalcos sive æreolos triginta sex: lepta ducenta quinquaginta duo.

Obolus distribuitur in semiobolos duos, chalcos sex: lepta XLII.

Semiobolus in chalcos tres: lepta viginti unum.

Chalcus in lepta septem: lepta vix dividi possunt.

EORVMDEM PONDERVM MEDICA DIVISIO, *quæ & Græca: cum majora in minora tribuuntur.*

Mina dividitur in uncias XVI. drachmas CXXVIII. ſcriptula CCCLXXXIV. obolos DCCLXVIII. ſemiobolos MDXXXVI. ſiliquas IIccciiii. grana ſive momenta IXccxvi.

Libra in uncias XII. drachmas XCVI ſcriptula CCLXXVIII. obolos DLXXVI. ſemiobolos MCLII. ſiliquas MDCCXXVIII. grana VIDcccCxii.

Vncia dividitur in drachmas VIII. ſcriptula XXIV. obolos quadraginta octo, ſemiobolos XCVI. ſiliquas CXLIV. grana DLXXVI.

Drachma in ſcriptula tria, obolos ſex, ſemiobolos duodecim, ſiliquas octodecim, grana ſeptuaginta duo.

Scriptulum in obolos duos, ſemiobolos quatuor, ſiliquas ſex, & grana viginti quatuor.

Obolus in ſemiobolos duos, ſiliquas tres, grana duodecim.

Semiobolus in ſiliquam cum dimidia, grana ſex.

Siliqua in grana quatuor.

His etiam ponderibus veteres Medici ſunt uſi: præſertim veterinarii & Chirurgi.

Mina dividitur in libram & quadrantem: id eſt in uncias quindecim, drachmas centum & duodecim & ſemis: ſcriptula trecenta triginta ſeptem, & ſemis: obolos ſexcentos ſeptuaginta quinque.

Libra in uncias duodecim: drachmas nonaginta: ſcriptula ducenta: obolos quingentos & quadraginta.

Vncia in drachmas ſeptem & ſemiſſem: ſcriptula viginti duo, & ſemiſſem: obolos quadraginta quinq;: reliqua ut ſuperius conſiderantur.

De numerorum veterum æſtimatione comparata ad noſtri temporis precium.

Notandum heic eſt nullū fere fuiſſe ponderis genus, tam Græcis quam Latinis, quo non vel nummus ſignatus, vel ſumma quædam rei numariæ ſignificetur. Primum igitur de Romanis heic agemus, deinde de Græcis: quæ accommodabimus poſtea ad noſtri temporis rationem.

As ſive libella, ſunt denarioli Mediolanenſes XII. quadrantes IV. denarioli Gallici totidem, & paulo plus.

At cum apud Antiquos legimus millia æris, aſſes pro ære debent intelligi: hoc eſt millia Aſſium.

Ab Aſſe fit decuſſis, hoc eſt decem Aſſes, & centuſſis; id eſt centum Aſſes.

Sextans continet denariolos Mediolanenſes duos.

Quadrans

Quadrans sive Teruntius, qui & Triuncius dicitur, est quarta pars Assis; & continet Mediolanenses denariolos tres.

Triens Assis pars tertia, denariolos Mediolanenses quatuor, semis Teruntii sive quadrantes duos.

Sestertius & numus idem sunt: continet Asses duos & semissem: hoc est quadrantes decem Mediolanēses: sive Germanicos cruciatos duos: Gallica vero æstimatione Turonicos denariolos decem, & denarioli semissem: hoc est solidum regium.

Quamvis numus & numisma communis est appellatio cujusvis monetæ sive aureæ, sive argenteæ.

Denarius valuit Mediolanensibus Assibus decem; hoc est quaternis sestertiis: Germanicæ monetæ cruciatos octo, & paulo pluris.

Libra valuit denariis octoginta tribus & paulo pluris: hoc est aureis nummis octo, & aurei fere semisse. Nam denarius Romæ quinta fere parte gravior fuit, quam drachma Athenis.

Libra auri, valuit solaribus coronatis Gallicis centum & duodecim fere: major enim fuit, quàm Mina Attica, nam unciæ Romanæ graviores fuerunt unciis Atticis.

Cum autē legimus mille sestertium: & mille sestertium nummum: & mille nummum, & mille sestertii; ea significant unum & idem: id est sunt aurei nummi, sive coronati solares Gallici viginti quinq;.

Sestertia vero genere neutro & in plurali numero, significant mille sestertios. Cum vero adverbium numeri quopiam his adjungitur, cētena sunt intelligenda. Decem igitur sestertia sunt decem millia sestertium, & decies sestertium idem est quod decies centena millia sestertium, vel mille sestertia (nos hodie summam hanc millionem vocamus) quæ summa continet aureorum coronatorum nummum xxv. Romani enim mille sestertia, & ab eo reliquos numeros fere per adverbia eloquebantur: Infra mille nunquam.

Aureum nummum intelligimus, qui denis Romanis denariis valeat: hoc est libris Mediolanensibus quinque: quæ fuit æqua ejus æstimatio, ad quam rationem aut addendo aut detrahendo possunt omnia æstimari.

De nummis bigatis, quadrigatis, & serratis, vel umbinis, idem cum denario æstimari debent: nomen enim sortiti sunt à bigis, quadrigis, serra, & umbone quibus signati sunt.

Sic & de victoriatis, qui victoriam gerebant: quorum singuli quinque Assibus Mediolanensibus valuerunt: hoc est batzione Constantiēsi.

Atticæ pecuniæ, quà Latini autores usi sunt, æstimatio.

TAlentum Atticum minus valet fere nummis aureis Gallicis, sive coronatis sexcētis. Majus autē talentū valuit coronatis octingētis.

Mina fere coronatis aureis octo valuit, quatuor enim drachmis minor

fuit, quam libra Romana. Minam semper Latini autores intellexerunt Atticam, & argenteam: quæ valuit drachmis centum.

Drachma Romano denario fuit minor: valebat enim obolis sex: assibus vero fere octo & semisse. Germanicis cruciatis fere septem.

A drachma facta sunt aliquot nummorum vocabula: ut didrachmum, tridrachmum, tetradrachmum: hoc est duarum, trium, & quatuor drachmarum.

Siclus, qui & stater & talentum dicebatur, drachmis valuit quatuor, hoc est tetradrachmo. Siclo usi sunt Hebræi, sicut Græci statere.

Fuit & stater aureus Athenis: sicut fuit Romæ nummus aureus duorum denariorum pondere, qui valebat coronatis duobus.

Obolus cõtinebat denarios Mediolanẽses XVII sive Teruncios quinq; & denariolos fere duos: obolus idẽ est fere, quod Germ. cruciatus.

Cistophorus nummus drachma minor fuit: valebat assibus Mediolanensibus fere sex.

DE ROMANIS LIQVORVM MENSVRIS: QVOmodo majores mensuræ in minores distribuebantur.

CVm de numeris & ponderibus antiquorum tractaverimus superius, non abs re mihi videbitur, hic addere quædam, quæ ex aliis excepi, de mensuris: quę etsi ad nostrum librum inscriptionum non multum faciant, ingratum tamen non fore puto lectori, intelligere & mensurarum antiquarũ rationẽ, nomina, & usum uniuscuiusq;.

Culeus capit amphoras XX. urnas XL. congios CLX. sextarios DCCCCLX. heminas MDCCCCXX. quartarios $\overline{\text{III}}$DCCCXL. acetabula $\overline{\text{VII}}$DLXXX. cyathos $\overline{\text{XL}}$DXX. & ligulas $\overline{\text{XLVII}}$XXX.

Amphora capit urnas II. congios VIII. sextarios XLVIII. heminas XCVI quartarios CXCII. acetabula CCCXXXIV. cyathos DLXXVI. ligulas MMCCCIV.

Vrna cõtinet cõgios IV. sextarios XXIV. heminas XLVIII. quartarios XCVI acetabula CXCII. cyathos CCLXXXVIII. ligulas MCLII.

Congius capit sextarios VII heminas XII quartarios XXIV. acetabula XLVIII. cyathos LXXII ligulas CCLXXX.

Sextarius capit heminas II. quartarios IV. acetabula VIII. cyathos XII. ligulas XLVIII.

Hemina capit quartarios duos, acetabula IV. cyathos VI. ligulas XXIV.

Quartarius acetabula duo, cyathos tres, ligulas duodecim.

Acetabulum cyathum cum dimidio, ligulas sex.

Cyathus ligulas sive cochlearia quatuor.

Libra quoque cùm pro mensura ponitur, capit uncias duodecim.

Ligula drachmas tres, & scriptulum unum.

Cyathus sescunciam, drachmam & scriptulum.

Acetabulum uncias duas cum dimidia.

Quartarius quinque uncias.
Hemina novem uncias.
Sextarius viginti uncias.
Congius libras quadraginta.
Amphora libras octoginta.
Culeus mille & sexcentas.

ROMANÆ ARIDORUM MENSURAE.

MOdius capit duos semodios: acetabula CXXVIII. cyathos CXCII. ligulas DCCLXVIII. sextarios XVI. heminas XXXII.

Semodius sextarios VIII. Heminas XVI. acetabula LXIV. cyathos XCVI. ligulas CCCLXXXIV.

Sextarius heminas duas, & reliqua, ut in liquidis.
Hemina acetabula quatuor.
Acetabulum sesquicyathum.
Cyathus ligulas quatuor.

Veteres quoque usi sunt libra in aridis.

Modius, continet libras viginti, uncias octo.
Semodius, libras tredecim, uncias quatuor.
Sextarius, uncias viginti.
Hemina, uncias decem.
Acetabulum uncias duas cum dimidia.
Cyathus sescunciam, drachmam, & scriptulum.
Ligula drachmas tres, & scriptulum unum.

MENSURAE LIQUIDORUM APUD GRAECOS.

MEtretes, cadus, sive ceramius eandem mensuram significant.

Metretes capit choas XII. sextarios LXXII. Cotylas CXLIV. quartarios CCLXXXVIII. oxybapha DLXXVI. cyathos DCCCLXIV. conchas MDCCXXVIII. mystra MMMCCCCLVI. chemas IIIICCCXX. cochlearia VIIIDCXL.

Chus, sive chœus (quem Romani congiũ vocauerunt) capit sextarios VI. cotylas XII. quartarios XXIV. oxybapha XLVIII. cyathos LXVII. cõchas CXLIV. mystra CCLXXXVIII. chemas CCCLX. cochlearia DCCXX.

Sextarius capit cotylas II. quartarios IV. oxybapha VIII. cyathos XII. conchas XXIV. mystra XLVIII. chemas LX. cochlearia CXX.

Cotyla & hemina & trybliom capit quartarios II. oxybapha IV. cyathos VI. conchas XII. mystra XXIV. chemas XXX. cochlearia LX.

Quartarius capit oxybapha duo, cyathos tres, conchas sex, mystra duodecim, chemas quindecim, cochlearia triginta.

Oxybaphum sive acetabulum, capit sesquicyathum, conchas tres, mystra sex, chemas septem cum dimidia, cochlearia XV.

Cyathus capit conchas II. mystra IV. chemas V. cochlearia X.

Concha capit mystra duo, chemas duas cum dimidia, cochlearia V.

Mystrum capit chemen I. & ipsius partem IV. cochlearia II. cum dimidio.

Cheme capit cochlearia duo.
Cochleare est mensuræ pars minima.
Concha fuit duplex: major & minor: major æqualis fuit oxybapho, minor semicyathum capiebat.
Mystrum quoq; majus, est decima sexta pars cotyles; pendetq; drachmas tres cum dimidia, & quartam drachmæ partem: Mystrum minus, vigesima secunda pars est cotyles: & pendet drachmas duas, scriptula duo, siliquam unam, & grani undecimas quatuor.
Cheme item duplex fuit: major fuit pars cotylæ vigesima; pendetque drachmas tres. Minor vero fuit ejusdem cotylæ pars trigesima: & pendet drachmas duas.
Ligulæ sive cochlearia quoq; fuere varia; sed quod majus fuit cōtinuit XXIV. quod minimum XXX, cyathi partem.

DE IISDEM MENSVRIS: CVM PER vncias & libras æstimantur.

Metretes capit lib. centū & octo.
Chus libras novem.
Sextarius libram cum semisse.
Cotyle uncias novem.
Quartari⁹ uncias quatuor cū dim.
Oxybaphum uncias duas & drachmas II.
Cyathus sescunciam.
Concha drachmas sex.
Mystrum drachmas tres.
Cheme drachmas duas, scriptulū unū, grana quatuor, & quintas grani quatuor.
Cochleariū drachmā unā, scriptulum dimidium, grana duo, & duas quintas.

GRÆCAE ARIDORVM MENSVRÆ.

Medimnus capit chœnices quadraginta octo: sextarios LXXII. cotylas CXLIV. oxybapha DLXXVI. cyathos DCCCLXIV. cochlearia VIII. ↃCXL.
Chœnix capit sesquisextarium: cotylas tres, oxybapha duodecim, cyathos octodecim, cochlearia centum octoginta.
Sextarius capit cotylas duas, oxybapha octo, cyathos duodecim, cochlearia centum viginti.
Cotyle capit oxybapha quatuor: cyathos sex, cochlearia sexaginta.
Oxybaphum capit sesquicyathum, cochlearia quindecim.
Cyathus capit cohlearia decem.

Rusticæ Græcorum mensuræ in liquidis.

Metretes continet amphoras duas: choas octo, cotylas centum & sedecim, oxybapha trecenta octoginta quatuor, cyathos quingentos septuaginta sex, mystra duo millia trecenta quatuor.
Amphora capit choas quatuor: cotylas quadraginta octo: oxybapha centum nonaginta duo, cyathos dūcentos octoginta octo, mystra MCLII.

Chus,

Chus capit cotylas duodecim: Oxybapha quadringēta octo: cyathos ducentos octoginta octo, myſtra mille centum quinquaginta duo.
Cotyle capit oxybapha quatuor: cyathos ſex: myſtra viginti quatuor.
Oxybaphum capit ſeſquicyathum, myſtra ſex.
Cyathus capit myſtra quatuor.

EÆDEM MENSVRAE PER VNCIAM ET LIBRAM.

Metretes cōtinet libras CVIII.
Amphora libras LIIII.
Chus libras tredecim cū dimidia.
Cotyle libram & ſeſcunciam.
Oxybaphum uncias tres & drachmas tres.
Cyathus uncias II. & drachmas II.
Myſtrū drachmas IV. cū dimidia.

RVSTICÆ GRAECORVM MENſuræ in aridis.

Medimnum capit modios Romanos ſex: ſemimedimna duo. Tertiarios tres. Sextarios ſex, ſemiſextarios duodecim, ſemiduodecimas viginti quatuor, chœnicas quadraginta octo, cotylas centum quadraginta quatuor, oxybapha quingenta ſeptuaginta ſex, cyathos octingentos ſexaginta quatuor, myſtra tria millia quadringenta quinquaginta ſex.
Semimedimnum, capit tertiarum cum dimidio, ſextarios tres: ſemiſextarios ſex, ſemiduodecimas duodecim, chœnicas viginti quatuor, cotylas ſeptuaginta duas, oxybapha ducenta octoginta octo, cyathos quadringentos triginta duos, myſtra mille ſeptingenta viginti octo.
Tertiarius medimni capit ſextarios duos: ſemiſextarios quatuor: ſemiduodecimas octo, chœnicas ſedecim, cotylas quadraginta octo: oxybapha centum nonaginta duo, cyathos ducentos octoginta octo, myſtra mille centum quinquaginta duo.
Sextarius capit hic ſemiſextarios duos, ſemiduodecimas quatuor, chœnicas octo, cotylas viginti quatuor, oxybapha nonaginta ſex, cyathos centū quadraginta quatuor, myſtra quingēta ſeptuaginta ſex.
Semiſextarius, capit ſemiduodecimas duas, chœnicas quatuor, cotylas duodecim, oxybapha quadraginta octo, cyathos ſeptuaginta duos, myſtra centum octoginta octo.
Semiduodecima medimni pars, capit chœnicas duos: cotylas undecim, oxybapha viginti quatuor, cyathos triginta ſex, myſtra CXLIV.
Chœnix, capit cotylas tres: oxybapha duodecim: cyathos octodecim, myſtra ſexaginta duo.
Cotyle, capit oxybapha quatuor, cyathos ſex: myſtra viginti quatuor.
Oxybaphum capit ſeſquicyathum, myſtra ſex.
Cyathus capit myſtra quatuor.

In his omnibus mensuris habenda est ratio rerũ, quas metiri volumus. Nam vinum oleo nona parte gravius est: & mel vino tertia fere parte: aqua pondere ad vinum proximè accedit. Et in his quæ puriora sunt, impuris & feculentis sunt leviora.

In aridis etiam hordeum gravius est avena: far hordeo: triticum farre: quinetiam triticum aliquod tritico gravius reperitur: atq; item in aliis.

Culeus igitur oleo plenus, pendet libras mille quadringentas triginta & tres, & uncias quatuor.

Culeus mellis, pendet libras MMCCXXII. uncias duas, drachmas quinque, scriptulum unum.

Culeus vini, pendet libras mille quadringentas octoginta unã, uncias quinque, drachmas sex, siliquas quatuor.

Ligula plena oleo, pendet drachmas duas, scriptula duo, siliquas duas.

Ligula olei, pendet drachmas tres, siliquam unam, grana duo, & duas nonas grani.

Ligula mellis, pendet drachmas quatuor cum dimidia, siliquas duas, granum unum, & tertiam grani partem.

ATTICÆ MENSVRAE QVIBVS MEdici interdum sunt usi.

Metreta plena oleo, pendet libras centum & viginti.

Metreta vini, pendet libras centum.

Metreta mellis, pendet libras centum & quinquaginta.

Cyathus olei, pendet unciam unam, drachmas duas.

Cyathus vini, unciam unam, drachmas tres, siliquas duas.

Cyathus mellis, uncias duas & scriptula duo.

GEORGICAE, *idest Rusticæ mensuræ.*

Metretes cum Attico idem est, & cum omnibus.

Amphora olei pendet libras quadraginta quinque.

Amphora vini pendet libras quinquaginta.

Amphora mellis libras septuaginta quinque.

Chus olei, pendet libras XI. & uncias tres.

Chus vini, libras XII. cum dimidia.

Chus mellis libras XVIII. & uncias IX.

Cotyle olei continet uncias novem & drachmas duas.

Cotyle vini, libram unam & drachmas quatuor.

Cotyle mellis, sesquilibram & drachmas sex.

Oxybaphum olei, pendet uncias duas, drachmas sex cum dimidia.

Oxybaphum vini, pendet uncias tres, & drachmam unam.

Oxy-

Oxybaphum mellis, vncias quatuor, & drachmas quinq; cum dimidia.
Cyathus olei, pendet vnciam vnam & drachmas septem.
Cyathus vini, vncias duas, & scriptula duo.
Cyathus mellis, vncias tres, & drachmam vnam.

MENSVRÆ ALIÆ QVÆ MEDICIS quoque in vsu fuerunt.

Cotyle olei, proportione super tertia ad Atticam, pendet vncias decem. Vini, vncias vndecim, scriptula duo, obolum vnum, siliquam vnam. Mellis libram vnam, vncias IIII. drachmas V. scriptulũ vnum.

Oxybaphum olei, pendet vncias quinque; Vini vncias quinque cum dimidia, scriptulum vnum, siliquas duas. Mellis vncias VIII. drachmas II. scriptula, II.

Cyathus olei pẽdet, vnciam vnam, drachmas quinque, scriptulũ vnum. Vini, vnciam vnam, drachmas sex, scriptula duo, siliquas duas, grana duo, & duas tertias grani. Mellis, vncias duas, drachmas sex, obolum vnum, & siliquam vnam.

Mystrum olei, pendet drachmas tres, scriptulum vnum. Vini, drachmas III. scriptula II. grana duo, & duas tertias grani. Mellis drachmas V. cum dimidia, & siliquam vnam.

Cochleare olei, pendet drachman vnam, scriptula duo. Vini drachmam I. scriptula II. obolum I. granum vnum, & grani tertiam partem.



AD LECTOREM
BOISSARDVS.



NTIQVI monumenta multa sæcli,
Quæ miratur adhuc domus Quirini
Inter rudera marmorum suorum,
Lector candide, tu libro hoc videbis.
Non sum nescius esse qui in eisdem
Scribendis studium prius dederunt.
Quos nauasse operam quidem fatebor
Dignam laudibus, atque honore summo.


Sed nũ

Sed nil impedit, ista quin frequenter
Opus sit repeti, Scatent ruinæ.
Romanæ innumeris fere figuris.
Ampla nec locus est in vrbe, qui non
Ollas, vasa, sepulchra, vel tabellas,
Aut numismata singulis diebus
Detegat, statuasque, imaginesque.
Quæ quondam obruta, sæculisque primis
Ignotissima restituta vidi.
At quando hoc opus aggredi parabam,
Non tantum libuit notare saxa;
Quorum plurima literis videntur
Græcis & Latiis referre gesta
Prisci temporis: addita est voluptas
Non parvæ utilitati: Et has figuras.
Et formas lapidum tibi intuendas
Vna proposui. Cape ergo quicquid
Hoc volumine continetur: & te
Spectando recrea, & simul legendo.
Si prodesse tibi meos putabis
Conatus, ago gtatias. Requiro
Hoc tantum tribui meo labori.
Prodesse omnibus ut queam, & placere.

EXCVSSVM TYPIS ABRAHAMI FABRI,
CIVITATIS MEDIOMATRICORVM
TYPOGRAPHI.

Impensis Theodori Bryi Leodiensis sculptoris, Francofurdiani Civis.


ANN. SAL. cIↃ. IↃ. XCV.



M. FABIO M. T. GAL. COLONI
SEPTIMIVS COS. PRAEF. VRB.
LEG. AVGG. PRO. PR. PANNON.
SVPER. DVCI VEXILL. LEG. PRO
PR. PROVINCIAE MOESIAE SVPER.
PONTI ET BITHYNIAE
COMITI AVGG. LEG. AVGG. PRO
PR. PROV. GALATIAE PRAEF.
MILIARIS PRO
COS. ITEMQ. LEG. PROV. NARBONENS
LEG. LEG. XVI. FLE. SAMOSATE
SODAL. HADRIANAL.
PRAEF. VRB TRIB. PLEB. X. PROV.
CRETAE TRIB. LEG. XI. GL.
XVI. ST. LITIB. DIIVDICANDIS
MEDIOLANENSES
PATRONO.







In palatio Cardinalis Cæsij in ea Vaticani parte, quam Burgum Vocant




Α. ΦΑΒΙΟΝ
ΧΕΙΛΩΝΑ
ΤΟΝ ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΝ
ΕΠΑΡΧΟΝΤ. ΟΒ.
Η ΜΗΤΡΟΠΟΛΙC
ΤΗC ΓΑΛΑΤΗΑC
ΑΝΚΥΡΑ
ΤΟΝ ΕΑΥΤΗC
ΠΡΟCΤΑΤΗΝ.



P. COELIO P. F.
SER. BALBINO
VIBVLLIO PIO
X. VIRO ST. LITIB. IVDIC.
VI. VIRO EQVIT. ROMAN.
TVRM. QVINT. TR. MIL. LEG.
XXII. PRIMI. G.P.F. ADIECTO
INTER. PATRIC. AB. IMP. CAES.
TRAIANO HADRIANO AVG.
SALIO COLINO QVAEST
AVG. FLAMINI VLPIALI P.R.D.
FIDEI COMMISS COS.
DESIGNATO
DECVRIONES SVA PECVNIA.

F. 3.



L.CORNELIVS SCIPIO OREITVS
V.C.AVGVR TAVROBOLIVM
SIVE CREOBOLIVM FECIT
DIE III. KAL. MART.
TVSCO ET ANVLLINO COS.

QVI COLITIS CYBELEN ET QVI PHRYGA PLANGITIS ATYN
DVM VACAT ET TACITA DINDYMA NOCTE SILENT
FLETE MEOS CINERES. NON EST ALIENVS IN ILLIS
HECTOR. AT HOC TVMVLO MYGDONIS VMBRA TEGOR
ILLE EGO QVI MAGNI PARVVS COGNOMINIS HERES
CORPORE IN EXIGVO RES NVMEROSA FVI.
FLECTERE DOCTVS EQVOS NITIDA CERTARE PALAESTRA
FERRE IOCOS ASTV FALLERE NOSSE FIDEM.
AT TIBI DENT SVPERI QVANTVM DOMICILLA MERERIS
QVAE FACIS EXIGVA NE IACEAMVS HVMO.




ΤΙΒЄΡΙΩΙ ΚΛΑΥΔΙΩΙ
ΚΟΥΙΡЄΙΝΑΙ
ΜЄΝЄΚΡΑΤЄΙ ΙΑΤΡΩΙ
ΚΑΙϹΑΡΩΝΚΑΙ ΙΔΙΑϹ
ΛΟΓΙΚΗϹ ЄΝΑΡΓΟΥϹ
ΙΑΤΡΙΚΗϹ ΚΤΙϹΤΗΙ ЄΝ
ΒΙΒΛΙΟΙϹ . Ρ . Ν . Ϲ ΔΙΩΝ
ЄΤЄΙΜΗΘΗ ΥΠΟ ΤΩΝ ЄΝ
ΛΟΓΙΜΩΝ ΠΟΛЄΩΝΦΗΦΙϹ
ΜΑϹΙΝ ЄΝΤЄΛЄϹΙ ΟΙ ΙΝΩΡΙΜΟΙ
ΤΩΙ ЄΑΥΤΩΝ
ΑΙΡЄϹΙΑΡΧΗΙ ΤΟ ΗΡΩΟΝ.

In Palatio Caesiano.






In domo Cæsiana

H.


EXAVCTORITATE IMP.
CAESARIS DIVI
NERVAE F. NERVAE
TRAIANI AVG. GERM.
PONTIFICIS MAXIMI
TRIBVNIC. POTESTAT. V.
COS. III. PP.


TI. IVLIVS FEROX CVRATOR
ALVEI ET RIPARVM TIBERIS
ET CLOACARVM VRBIS TER
MINAVIT RIPAM RR. PROXIMO
CIPPO P. CCCLXXXVI.



H 3

DIVA PLOTINA AVG.



C. HELVIO C.F.
COR. CELERI
ET HELVIO FELICI PATR.
TESTAMENTO FIERI IVSSIT
ARBITRATV
QVARTILLAE LIB.
M. VIBI PRISCI HER. L.
PONTINI PHOEBI HER


IMP. CAESARIS DIVI F.
AVGVSTVS
PONTIFEX MAXIMVS
TRIBVNIC POTEST XVII.
EX S. C. TERMINAVIT
RR. PROXIM. CIPP. PED. CLXI.


COLLEG II.
AVGVRVM AVTORE
IMP. CAESARI DIVI
TRAIANI PARTHICI F.
DIVI NERVAE NEPOTI
TRAIANO HADRIANO
AVG. PONT. MAX. TRIB.
POT. V. COS. III. PROCOS.
TERMINOS POMOERII
RESTITVENDOS CVRAVIT


I. 2



57
I·CH
In domo Card: Cæsij
I. 3



LEMNO AVG. L.
PROC.
PATRIMONI ET
HERED ET
DOMITIAE PHYLLIDI
L. DOMITIVS LEMNVS.


C. DOMITI C. F.
PAL. VERI
VIXIT ANNIS XXXXI.
MENSIBVS VII. DIEB. XII.
VOLVSIA SEVERA
CONIVX MARITO
OPTVMO ET
INDVLGENTISSIMO



DIS MANIBVS.
CN: OFILLIO CN.F.Q.VIR.PISONI
V.A.XXXIII.M.IX.D.X
CN.OFILLIO CN.F.QVIR.FRVGI.V.A.
XVII. M.II.
CN.OFILLIVS SVCCESSVS ET
ANTONIA RESTITVTA PARENTES FILIS
PIENTISSIMIS FECERVNT ET SIBI ET
SVIS LIBERTIS LIBERTABVSQ.
POSTERISQ.EORVM.



D. M.
Q. VAL. Q. F. POSTIMIO
ROMVLO PATRI DVL
CISSIMO EQVO PVBLI
CO PROC AD BONA
DAMNATORVM
PROC AD ALIMENTA
CONSILIARIO AVG. C.
Q. POSTIMIVS ROMVLVS
FILIVS ET NEPOTES.


DIS MANIBVS
OTACILIA L.L.
PRIMIGENIA
FECIT SIBI ET COL
LIBERTIS ET LIBERTIS
LIBERTABVSQ. SVIS
POSTERISQ.
EORVM.





L.



D M.
L. IAVOLENO
PHOEBI
MARITO OPTIMO
LICINIA
CYNEGIS
FECIT.
L. 2



D. M.
EVGRAPHO F
APATE MATRI EIVS
EVGRAPHO NEPOTI
EIVS
ADEPTVS
ET SIBI ET SVIS.
L 3



D. M.
M. OGVLNIO
ABASCANTO
VIX. ANN. L.
OGVLNIA HILARIA
CONIVGI CARISSIMO
M. OGVLNIVS
RHODO F.
PATRI
CARISSIMO.


DIS. MAN.
M. NVMISIO LOTO
VIX. ANN. XXX.
M. NVMISIVS COL.
EPAPHRO DISIANVS F.
PATRI OPTVMO
INDVLGENTISSIMO
FECIT.


D. M.
CLODIAE
AVITAE
HEREDES
EX TESTAMENTO.


DIIS MANIBVS.
CLAVDIO HYLLO
VIX. ANN. IIII. MENS. VII.
DIEB. V. CLAVDIVS
TAVRISCVS PATER FILIO
KARISSIMO.



DIS MANI.
SACR.


DIS MANIBVS
C. VMBRICIVS
VEIETANVS
SIBI ET
VMBRICIAE DELPHIDI
CONIVGI SVAE ET
VEIETONI FILIO SVO
VIXIT ANN. XII.
N.


L. VETVRIO
AVG. L.
AB EPISTVLIS
LATINIS
MANTO, VXOR
MARITO
POSVIT.

N. 2.


FLAVIA AVG. L. DORIS
FECIT SIBI ET
IDAEO CAESARIS N. SER.
CONIVGI SVO ET
EPAPHRODITO FIL
LIBERTIS LIBERTABVSQ.
SVIS POSTERISQ. EORVM.
N.3


SEXTO PETRONIO PROBO
ANICIANAE DOMVS
CVLMINI PROCONSVLI
AFRICAE PRAEFECTO
PRAETORIO QVATER
ITALIAE ILLYRICI AFRI
CAE GALLIARVM CON
SVLVM PATRI ANICIVS
HERMOGENIANVS
OLYBRIVS V. C. CONSVL
ORDINARIVS ET ANICIA
IVLIANA V. C. EIVS
DEVOTISSIMI FILII
DEDICARVNT.

D. M.
N. OGVLNIO
PRIMO
PATRI OPTVMO
FECIT
ATIMETVS
FILIVS.

D. M.
M. CLAVDIVS
THEAETETVS
PHILIPPIDI
VXORI
DVLCISSIMAE
BENEMERENTI

CONSIMILES FRATRVM IRATISTESIA MIMA HONORVM
TERTI QVAE DEDERAM IADIANVS ... VLIS


DILECTAE PROBVS HAEC PERSOLVO MVNERA MATRI
RES IIIVENSSIA TVIS PRAEMIA QVAE DEDERAT.


ANICIAE FALCONIAE
PROBAE FIDEI NOBILITA
TIS ANTIQVAE ORNA
MENTO ANICIANAE
FAMILIAE SERVANDAE AC
DOCENDAE CASTITATIS
EXEMPLO CONSVLVM
PROLI CONSVLVM MA
TRI ANICIVS HERMOGE
NIANVS OLVBRIVS V. C.
CONSVL ORDINARIVS
ET ANICIA IVLIANA V. C.
EIVS DEVOTISSIMI FILII.
DEDICARVNT.



D M
VLIÆ SECVNDINÆ FILIÆ
CORNELIAE TYCHES VXORIS
IAM DATVS EST FINIS VITAE IAM
PAVSA MALORVM
VOBIS QVAS HABET HOC GNATAM
MATREMQVE SEPVLCHRVM
LITTORE PHOSAICO PELAGI VI
EXANIMATA S
ILLIC VBI TAGVS ET NOBILE
FLVMEN HIBERV S
VORSVM ORTVS VORSVM OCCA
SVS FLVIT ALTER ET ALTER
STAGNA SVB OCEANI TAGVS ET
TIRRHENICA HIBERV S
SIC ETENIM DVXERE OLIM
PRIMORDIA PARCA E
ET NEVERE SVPER VOBIS CRVDELIA FA TA
CVM PRIMVM LVCINA DARET
LVCEMQVE ANIMASQVE
ET VITAE DIVERSA FORET V
NAQVE LETH I
VOBIS PORRO VNA SI TRINO
DENVMINE FAT I
DICTA DIES LETHI QVAM PRO
PAGARE SVOPT E
VISVM OLLIS TACITO ARBITRIO
CVM LEGE PERENN I
SISTI QVAE CVNCTOS IVBET AD
VADIMONIA MORTIS
ET FORMA SINGVLARI ET
MORIBVS PIISSIMIS DOCTRI
NAQVE SVPER LEGITIMAM
SEXVS SVI AETATEM PRAES
TANTISSIMAE QVAE VIX
IT ANN. XI. MENS. VIIII.
D. XX.
ET INCOMPARABILIS ERGA
MARITVM AFFECTVS
SANCTITATISQVE EXIMIAE
ERGA LIBEROS PIETATIS
QVAE VIXIT ANN. XXXVIIII.
MENS. IIII. DI. VII.
EX HIS MECVM ANN. XI.


O.2



DIIS MAN.
MYSTIL VOLVSI
SATVRNINI CVRENE ET
DORIO FILIO
VIXIT ANN. XV. M. VI.
PERMISSV Q. N.
O. 3


P. SCANTIVS
PHILETVS
FECIT SIBI ET
SCANTIAE
NICE LIB.
REQVIETORIVM.
AMICIS BENE FACERE
SEMPER STVDIOSVS
FVI.


DIIS
MANIBVS
SVCCESSI FIL.
CAESIA GEMELLA
MATER PIISSIMO
FILIO DE SVO
VIX. ANN. IX.
MENS. IIII. DIEB. XV.
FATIS PERACTIS MATER
EODEM EST CONDITA QVAE
POST OBITVM FILII
VIX. ANN. IIII. MENS. XI. D. VIII.
QVOD EA STARENT
FACERE DEBVIT FILIVS
MORS IMMATVRA FECIT
VT FACERET PARENS
PATER SVCCESSVS
SVPREMVM VIRISQ
PRAESTITIT OFFICIVM


SEXTO PETRONIO PROBO
V C PROVINCIAE AFRI
CAE PRAEFECTO PRAETORIO
QVATER ITALIAE ILLYRICI
AFRICAE GALLIARVM
CONSVLI ORDINARIO
PATRI CONSVLVM
ANICIVS PROBINVS V C
CONSVL ORDINARIVS
ET ANICIVS PROBVS V C
QVAESTOR CANDIDATVS FILII
MVNVS SINGVLARI RELIGIONE
DEBITVM DEDICARVNT.


DIS MANIBVS.
LIBANO AVG. L.
A CVRA
AMICORVM. VIX.
ANN. XXXIX.



CAESONIAE M.F. PRIMAE
QVAM RELIQVIT MENS. VII.
VIXIT ANNO I. MENS. VI.
M. CAESONIVS PRIMG. N. S.
PVBLISCIA SVCCESSA AVIA
AELIA RESTITVTA MATER
FECERVNT.


D. M.
M. CAESIO
EPAPHRODITO
M. CAESIVS
EPAPHRODITVS
ET CAESIA FLORA
FILI PATRI
BENEMERENTI
FEC.

T. CAESIVS PRISCILLAE L. HERMES
POSTVMIANVS SIBI ET
CAESIAE ANAPHE CONIVGI CARISSIMAE
T. CAESIVS AGATHO SIBI ET
CAESIAE PERSIDI CONIVGI CARISSIMAE
T. CAESIVS TESER PERSICVS
VIXIT ANNIS II. MENS. VI.


APVD CARD. CAESIVM



P. 2


INCRATAE VENERI
SPONDEBAM MVNERA
SVPPLEX EREPTA CONIVX
VIRGINITATE TIBI PERSE
PHONE VOTIS INVIDIT PALLIDA
NOSTRIS ET PRAEMATVRO FVNERE
TE RAPVIT SVPREMVM
VERSVS MVNVS DONATVS
ET ARAM ET GRATAM SCALP
SIT DOCTA PEDANA
CHELIN MENVNC TORQVET
AMOR TIBI TRISTIS CVRA
RECESSIT LETHEOQVE
IACES CONDITA SARCOPHAGO.
P.3


D. M.
CAESIAE DAPHNE
DIANAE
INVENTIANAE
SANCTISSIMAE
CONIVGI
OPTIMVS MARI
TVS.


I. O. M. D.
AVR. IVLIANVS
EQ. R. SACER
DOS HVIVS
LOCI. DD.
AQVIL. LEG. V. MACED.
AQVILA LEG. IIII. SCVT.

SIPENSARE ANIMAS
SINERENT CRVDELIA FATA
ETPOSSET REDIMI MORTE
ALIENA SALVS.
QVANTVLACVNQVE MEAE
DEBENTVR TEMPORA VITAE
PENSAREM PROTE CHARA
HOMONOEA LIBENS.
ATNVNC QVOD POSSVM FVGIĀ
LVCEMQ. DEOSQ. VT TE MATV
RA PER STVGA MORTE SEQVAR.
PARCE TVAM CONIVX FLETV
QVASSARE IVVENTAM
FATAQ. MOERENDO SOLLI
CITARE MEA
NIL PROSVNT LACRVMAE NEC
POSSVNT FATA MOVERI VIXIMVS
HIC OMNES EXITVS VNVS HABET
PARCE ITA NON VNQVAM SI
MILEM EXPERIERE DOLOREM
ET FAVEANT VOTIS NVMINA
CVNCTA TVIS.
QVODQVE MIHI ERIPVIT
MORS IMMATVRA IVVEN
TAE ID TIBI VICTVRO
PROROGET VLTERIVS.

ATIMETVS PAMPHILI
TI. CAESARIS AVG. L. L.
ANTEROTIANVS SIBI ET
CLAVDIAE HOMONOEAE
COLLIBERTAE ET
CONTVBERNALI

Η ΠΟΛΙϹ ϵΙΡΙΝΩΝΛΙΓΥΡΩΤϵΡΗ Η ΠΑΡΑ ΒΑΚΧΩΙ
ΚΑΙ ΘΟΙΝΑΙϹ ΑΥΤΗϹ ΧΡΥϹΟΤϵΡΗ ΚΥΠΡΙΔΟϹ
ΚΑΛΛΙΗ ΦΑΙΔΡΗΤϵ ΧϵΛΙΔΟΝΙϹ ϵΝΘ ΟΜΟΝΟΙΑ
ΚϵΙΜΑΙ ΑΤΙΜΗΤΩΙ ΔϵΙΠΟΜϵΝΗ ΔΑΚΡΥΑ
ΤΩΙ ΠϵΛΟΝ ΑϹΠΑϹΙΗ ΒΑΙΗϹ ΑΠΟΤΗΝΔϵΤΟ ϹΑΥ ΤΗΝ
ΔΑΙΜΟΝ ΑΠΡΟϹΑΗϹ ϵϹΚϵΔΑϹϵΝ ΦΙΛΙΗΝ.

PERMISSV PATRONI


IN FRONTE LONGVM P. V. LAT. P. IV.

TV QVI SECVRA PROCEDIS
MENTE PARVMPER.
SISTE GRADVM
QVAESO VERBAQVE
PAVCA LEGE.
ILLA EGO QVAE CLARIS
FVERAM PRAELATA
PVELLIS HOC HOMONOEA
BRIVI CONDITA SVM
TVMVLO
CVI FORMAM PAPHIAET
CHARITES TRIBVERE DECO
REM QVAM PALLAS
CVNCTIS ARTIBVS ERVDVIT
NONDVM BISDENOS AE
TAS COMPLEVERAT ANNOS
INIECERE MANVS INVIDA
FATA MIHI
NEC PRO ME QVE RORHOC
MORTE EST MIHI TRISTIOR
IPSA MOEROR ATIMETI
CONIVGIS ILLE MEI.


SITTIBI TERRA LEVIS
MVLIER DIGNISSIMA VITA
QVAEQVE TVIS OLIM
PERFRVERERE BONIS.


Q



DIS MANIBVS
ATHANIAE EPIERIDIS
CN. VELLEIVS QVARTVS
VXSORI PIISSIMAE
FECIT ET SIBI
POSTERISQ. SVIS.


D. M.
L. STATIO L. F.
ASCLEPIADAE
OPTVMO PIENTIS
SIMO CL. M. F.
INGENVA
CONIVGI KARIS
SIMO FECIT
QVI VIXIT ANN.
IS XXV. M. XI. D. XI.
L. ITACIVS NORBANOS
CL. INGENVAM MATREM
SVAM HIC CON.

In hortis Cæsij Card:











In horto sub Palladis statua






D. M.
TIMBRAEO AVG. L
CASTELLARIO
AQVAE MARCIAE
CLAVDIA DYNAME
MARITO OPTVMO.


IMP. CAES. DIVI TRAIANI PARTHICI
FIL. DIVI NERVAE ADNEPOTI TRAIANO
AVG. PONT. MAX. TRIB. POT. XXII. IMP. II.
COS. III. PP. ET SABINAE IMP. CAES.
T. AELIVS HADRIANVS ANTONINVS
AVG. PIVS. PONT. MAX. TRIB. POT. III.
DESIG. IIII. COS. II. PP.
PARENTIBVS SVIS.
R


VRSVS ALVS CIVIS SATRA
PES EX VMBRIA IN ARMIS
FLORVIT ADOLECENS VERO
POSTQVAM FACTVS EST AE
QVATVM CAPITOLIVM RECON
DIDIT TABVLARVM
LEGES SERVAVIT R. P.
A FALISCIS LIBERAVIT
QVIRITES IN EXSILIVM
PONTES REFECIT. PLEBEM
PACAVIT. DIVISVM IMPERI
VM RECONCILIAVIT.
VIX. ANN. XLIII. MENS. X.
D. III.


DIS. MAN.
L. MEMMIO
L. FIL.
CASTORI
AEMILIA AVIA
NEPOTI
DVLCISSIMO
ET L. MEMMIO L. LEIB.
POSTVMIO.


In Burgo quà itur ad portam S. Honufrij.



Ante ædes Alexandri Machinari.



Apud Enforium fratellum ad templum S. Apollinaris.



In templo S. Benedicti della Trinita, sub baptismatis fonte.






INVTIO AELIANO EVOK. ET IVLIO HILARO ET
IVLIO MODESTINO IVLIA MODESTINA CONIVX
CONIVGI ET FILIBVS SVIS
BENEMERENTIBVS.

DIS MANIB

C. IVLIO C. L.
METRODORO
IVLIAE C. L.
PHERVSAE
C. IVLIO C. L.
MERCVRIALIS VIXIT
ANN. XIX.




C. IVLIO C. L.
AGATHOPODI.
IVLIA F. F.
SYMPHERVSAE

SIBI ET SVIS.


S. 2


POSTERISQVE AEVORVM.



TI. CLAVDIO TI. F. CAMIL.
SOTERICHO
VIXIT ANNIS DVOBVS MENSIB. XI.
DIEBVS X. H. IIII. FECIT
TI. CLAVDIVS SOTERICHVS
INFELICISSIMVS PATER AETERNO
DOLORE ADFLICTVS ET SIBI ET CLAVDIAE
EXOCHE CONIVGI SVAE
ET LIBERTIS LIBERTABVSQVE EORVM.



IVNONI
IVLIAE
AVFIDIAE
CAPITOLINAE
SACRVM.



M. AVR LVCIANO MILITI COH. VII. P.R. S.
ALEXANDRIN. VIX. ANN. XXVIIII.
MIL. ANN. VI HORIVNDVS EX
PROVINCIA DACIA. C. VIRVS
VRBICVS HERCO MANIPVLO
B. M. F.


CAESARI AVGVSTI F.
PONTIFICI COS
DESIGNATO
PRINCIPI IVVENTVTIS


L. CAESARIS AVGVSTI F.
AVGVRI COS.
DESIGNATO
PRINCIPI IVVENTVTIS


DIIS MANIBVS
IVLIAE LIB. Ↄ HELPIDIS
VIXIT ANNIS XVI.
MENS VIIII. DIEB. II.
IVLIA IRENA FECIT
VERNAE SVAE CARISSIMAE
BENEMERENTI ET SIBI
SVIS LIBERTIS LIBERTABVSQ.
POSTERISQ. EORVM.
ET FLORO VIRO EIVS
LIBERTIS LIBERTAB. POSTE
RISQ. EIVS.


DOMINO FLAGITATORI
FACTIONIS RVSSATAE TOGNI
CAESARIVS SVI TEMPORIS
PRIMO ET SOLO FACTIONARIO
ORGIORIA.





C. CALPETANVS SASIVS
SEX METORIVS M. PERPENNA LVRCO
L. SARTIVS DECIATVS CVRATORES
TABVLARIORVM PVBLICORVM
FACIVN CVR.

M. CALPVRNIVS M. F. PISO FRVGI P. R. EX. S. C.
FACIVNDVM CVRAVIT IDEMQVE PROBAVIT
IMP. CAESAR DIVI NERVAE F. NERVA
TRAIANVS AVGVSTVS GERMANICVS
PARTHICVS PONTIF. MAXIM. TRIB. POTEST. XII.
IMP. VI. COS. V. PP. OPERIBVS AMPLIATIS RESTITVIT.














Ad parietem porticus capitolini Palatij.





MP. CAESARI
VESPASIANO AVG.
PONT. MAX. TR. PO. IIII.
IMP. IIX. PP. COS III DES. IIII
S. C.
QVOD VIAS VRBIS
NEGLEGENTIA
SVPERIOR. TIMPOR
CORRVPTAS IM
PENSA SVA RESTITVIT.
IMP. CAESARI DIVI
TRAIAN PARTHICI FIL.
DIVI NERVAE NEPOTI
TRAIANO HADRIANO
AVG. PONTIF MAXIMO
TRIBVNIC POTESTAT XX.
IMP. II. COS. III. PP.
MAGISTRI VICORVM VRBIS
REGIONVM XIIII



✠ RUGITELLA DE CALCE.
OSSA
NERONIS CAESARIS
GERMANICI CAESARIS F.
DIVI AVG. PRON FLAMIN.
AVGVSTALIS QVÆSTORIS.
S P Q R


D. M.
MANLIAE
GN. FIL.
LOCHIME
RVFVS PATER
FILIAE
DVLCISSIMAE


FORTVNAE AVGVST.
SACRVM.
Q. AVIALIVS ADAEVS
MAGISTER VICI
QVI KAVGVSTIS PRIMVS
MAGISTERIVM INIT


DEO HERCVLI
INVICTO
C. IVLIVS POMPONIVS
PVDENS
SEVERIANVS
V.C. PRAF. VRB.


APPIO ANNIO BRADVA
T. VIBIO RARO COS
MAGISTRI FONTIS LOLLIANI.
M. VLPIVS FELIX.
N. CNOFLONIVS VITALIO
C. CLODIVS SATVRNINVS



C. CNOFLONIVS SVCCESSVS
L. SCANTIVS FAVSTVS
P. METILIVS EVTYCHVS
T. CAECILIVS PRIMIGENIVS
L. CALPVRNIVS ONESIMVS
D. IVNIVS CALLISTVS
M. ALFIDIVS CRESCENS





SER. GALBA II. TRVINIO COS.
MAG. TI. CLAVDIVS CRESCENS
PAVLAE BVTIVS PARTHAE
L. FAENIVS DIONVSIVS
L. FVLVIVS ONESIMVS
N. CONFLONIVS ADIVTOR
M. ALHIDIVS FORTVNATVS
MIN. PROTVS SABEDI.
SVCCESSVS ANTIGONI.
HERMES ARASCANTI.
LYDVS ATHENIONIS.
LVCRIO MANNAI AIS.
FELIX CHIANI.



V. 2







HERCVLI ROMANO DD.


L. HERODES.


Pars saxi anterior — *pars posterior.*





NAVIVS LESVRDINVS.


INTER CIVIS ET PEREGRINOS





Q. OSTORIVS
Q. T. LICINIANVS
VIXIT ANN. IX. ET
MENSES II.


NOMINA LEG.
I. AVG. II. ADIVT. IIII. SCYTH.
VI. VICT. IIII. FLAV. XVI. FLAV.
XVI. CLA. VII. CLAVD. VI. FERRA.
VIII. AVG. I. ITALIC. X. FRETE.
XXII. PRIM. V. MACED. III. CVREN.
I. MINER. XI. CLAVD. II. TRAIAN.
XXX. VLP. XIII. GEM. III. AVG.
I. ADIVT. XII. FVLM. VII. GEM.
X. GEM. XV. APOL. II. ITALIC.
XIIII. GEM. III. CAL. III. ITALIC.
I. PARTH. II. PARTH. III. PARTH.


OSSA
TI. CAESARIS DIVI
AVG. F. AVG. PONT MAX.
TRIB. POT. XXXI. IMP. VII.
COS. VI. CVRT
EQ. MIL.






In palatio Conservatorum sub statua Herculis.




ALOQVEI AC
IN. BIDVO. PROXSVMO. OV.
M. ADSIGNATVM. SIET. IDQVE. QVOM. L.
C. CALPVRNI. COS. FACTA. SIET. QVOD. EIVS. POST
MERO. SCRIPTVS. EST. DATVS. ADSIGNATVS. EST. QVODVE. EIV
O. EDICITO. VTEI. IS. QVEI. AB. BONORVM. EMTORE. MAGISTRO. CVRATO
CVM. NEIVE. VNIVS. HOMINIS. NOMINE. QVOI. EX. LEGE. RVBRIA. QVAE. FVIT. COLONO. EIVS. QVEI
MERO. SCRIPTVS. EST. AGRVM. QVEI. IN. AFRICA. EST. DARE. OPORTEBIT. LICVITVE. AMPLIVS. IVG. CC. IN
CENDAE. IN. AFRICA. HOMINVM. IN. COLONIAM. COLONIASVE. DEDVCI. OPORTVIT. LICVITVE. II. VIR. QVEI
S. AGRI. EX. II. LEGE. ADIOVDICARI. LICEBIT. QVOD. ITA. COMPERIETVR. ID. EI. HEREDEIVE. EIVS. ADSIGNATO. ESSE. ADIOVDICATO
EST. AB. EO. QVOIVS. EIVS. AGRI. LOCEI. HOMINIS. PRIVATI. VENDITIO. FVIT. TVM. QVOM. IS. EVM. AGRVM. LOCVM. EMIT. QVEI
NEQVE. HERES. EIVS. NEQVE. QVOI. IS. HERES. ERIT. ABALIENAVERIT. QVOD. EIVS. AGRI. LOCEI. DE. EO. AGRO. LOCO. QVEI. AGER. LOC
SCRIPTVM. EST. ESTO. QVOI. COLONO. EIVE. QVEI. IN. COLONEI. NVMERO. SCRIPTVS. EST. AGER. LOCVS. IN. EA. CENTVRIA. SVMP. SI. OV
VS. II. VIR. QVEI. EX. II. LEGE. FACTVS. CREATVSVE. ERIT. REDDITO. QVOI. COLONO. EIVE. QVEI. IN. COLONEI. NVMERO. SCRIPTVS. EST. FVITVE
TO. QVOI. EIQVE. ITA. REDDIDERIT. EI. ADSIGNATVM. FIISSE. IOVDICATO. QVOI. AGRVM. DE. EO. AGRO. QVEI. AGER. IN. AFRICA. EST. QVEI. COLONO. E
VS. PROCVRATOREVE. EIVS. HEREDIVE. QVOIVS. EORVM. DE. EO. AGRO. QVEI. AGER. IN. AFRICA. EST. PRO. EO. AGRO. II. VIR. REDDITO. QVOI. ITA. REDDIDERIT
NIAM. POPVLO. EX. EID. MART. QVAE. POSTEAQVAM. VECTIGALIA. CONSTITENT. QVAE. POST. H. L. R. PRIMVM. CONSTITENT. PRIMAE. ERVNT
IE. IN. H. L. S. E. IS. QVEI. PECVNIAM. POPVLO. DARE. DEBEBIT. IS. QVEI. EO. NOMINE. AB. POPVLO. MERCASSITVR. OB. EAM. REM. PECVNIAM. EI. NEI
QVAE. PRO. AGREIS. LOCEIS. AEDIFICIEIS. QVEIS. SS. POPVLO. DEBETVR. DEBEBITVRVE. ALITER. EXSIGATVR. ATQVE. VTEIQVE. IN. H. L. S. EST
QVAE. SSS. ARB. D. R. QVEI. INTER. CEIVES. TVM. ROMAE. IDVS. DICET. SATIS. SVPSIGNATO. P. R. QVEI. INTER. CEIVEIS. ROMAE. IOVS. DIC
E. AGRVM. LOCVM. QVO. PRO. AGRO. LOCO. SATIS. EX. H. L. ARB. P. R. P. SVPSIGNATVM. NON. ERIT. PEQVNIA. PRAESENTI. VENDITO. QVE
EIS. LIBEREIS. IN. AFRICA. SVNT. QVEI. SVORVM. AMEICITIAM. POPVLI. ROMANEI. BELLO. POLNICIO. PROXSVMO. MANSERVNT. QVEIVE
LOCVS. PERFVGIS. ADSIGNATVSVE. EST. CEIVIS. ROMANEI. EX. H. L. FACTVM. ERIT. QVO. PRO. AGRO. LOCO. AGER. LOC
LEGE. LIVIA. FACTEI. CREATEIVE. SVNT. FVERVNTVE. EIS. HOMINIBVS. AGRVM. IN. AFRICA. DEDERVNT. ADSIGNAVERV
Q. E. E. V. II. VIR. QVEI. EX. H. L. FACTVS. CREATVSVE. ERIT. IS. FACITO. IN. DIEBVS. CC. ↀ. PROXSVMEIS. QVIBVS. H
AMPSITANORVM. LEPTITANORVM. VSALITANORVM. TEVBALENSIVM. QVOM. IN. AMEICITIAM. P. R
IQVE. EVM. AGRVM. LOCVM. QVEM. II. VIREI. QVEI. EX. H. L. STIPENDIARIEIS. DEDERIT. ADSIGNAVERITVE. QVOD. EX. H. L. IN. EO
E. EVM. AGRVM. LOCVM. QVEM. X. VIREI. QVEI. EX. H. L. LIVIA. FACTEI. CREATEIVE. FVERVNT. VTEI. CENSIBVS. RELIQV. E
POSSIDEBIT. FRVETVRVE. PRO. EO. AGRO. LOCO. NEIVE. VECTIGAL. NEIVE. DECVMAS. NEI. SCRIPTVRAM. QVOD. POST
M. AGRVM. LOCVM. CEIVIS. ROMANVS. EX. H. L. POSSIDEBIT. DARE. OPORTEBIT. P. R. QVOIVS. ARB. PRO. AGRO. LOCO
SIT. QVOMINVS. EX. H. L. PRAEDIVM. QVEIQVOMQVE. VELIT. SVPSIGNET. PEQVNIAMVE. SOLVAT. PRAES. QVAE
AGREI. AEDIFICIEI. LOCEI. VECTIGALIBVSVE. PVBLICEIS. FRVENDEIS. LOCANDEIS. VENDVNDEIS. LEGEM. DE. IX
IN. EO. AGRO. PASCITO. QVAE. VECTIGALIA. IN. AFRICA. POPVLI. ROMANEI. SVNT. QVA
PVBLICA. POPVLI. ROMANEI. IN. AFRICA. SVNT. ERVNTVE. VECTIGALIA. FRVENDA. LOCABIT. VENDETVE
DEIXERVNT. NEIVE. QVOI. IN. EIS. AGREIS. PEQVS. IWCETVR. SCRIPTVRAE. PECORIS. LEGE. DE
AGRO. ANTEQVAM. CARTAGO. CAPTA. EST. FVERVNT. EAE
NEIVE. REDDITO. NEIVE. ADIOVDICATO. QVEI. EAM. REM
MODVS. AGREI. D. L. EO. AGRO. QVEI. EIS. POBLICE
7. EVM. AGRVM. LOCOM. POSSESSIONE
A. REMIOIVS. ADITVM. ERIT
DARI. REDDI. ADSIGNAR
S. FRVCTVS


MVTAM SVPREMA DEI
QVE DEFERATVR ISQ QVESTO
Ↄ EIXERIT PRAETOR EX H L QVERET ITA PRONON
ↃEICAREIS H S N ↀ QVOTIENSQVONQVE AMPLIVS BIS
IN VNO IVRE IS QVOMODO IVDICETVR VBI DVAE PARTES IVDICVM
QVEI ADEI REM AGITO TVM PRAETOR CVM SOVEIS VIATORIBVS
APARITORIBVSQ NEI DEIQVE IVDICIS IS PRAETOR SORTICOLAM
VNAM BVXEAM LONGAM DIGITOS IIII EAMQ SORTEM EX HACCE
LEGE APERTAM BRAGIOQVE APERTO LITIERAM DIGITEIS OPERTAM PALA
CVNDA CAVSA AD SITELLAM SORTI VENIET IS IN EAM SITELLAM MANVM
DEMIT ITO ITEAM DEVEXAM POPVL DEMNO VBEI NIHIL SCRIPTVM ERIT
SEINE SVFRAGIO EX QVA SORTI PRONVNCIARIT EAM SORTEM PROXSVMO SVT
CVNDA CAVSA AD SITELLAM SORTI VENIET IS IN EAM SITELLAM MANVM DEMITTITO
ITEAM DEVEXAM POPVL ID PRAEVARICATIONIS CAVSA FACTVM NON ERIT IS EX HACE LEGE
EIS REI APSOLVTVS ESTO DE REO CONDEMNAN AVT APSOLVTVS ERIT QVOM EO FL L NISEI QVOD
POSTEA FECERIT AVT NISEI QVOD PRAEVARICATIONIS CAVSA FACTVM ERIT AV M QVEI EX H L CONDEMNATVS
ERIT Q PRAEDES FACITO DET DE CONSILI MAIORIS PARTIS SENTENTIA QVANTI EI CENSVER SCRIPTVM
TRANSPITO QVESTOR ACCIPITO ET IN TABOLEIS POBLICEIS SCRIPTVM HABETO DE LITIBVS AESTVMANDEIS
LATVM AVORSVM CONCILIATVMVE ESSE EA RES OMNIS SIMPLI CAETERAS RES OMNIS QVOS POST HANCE LEGEM ROGATAM CC
O PARENTISVE SVEI QVOIVE IPSE PARENSVE SVOS HERES SIET LEITEM AESTVMATAM ESSE QVEIVE EI IVDICEI CONCILIOQ EIVS MAIORI
IACE LEGE IN AERARIO POSITA ERIT OB EAM REM QVOD EO NOMINE LIS AESTVMATA ERIT IN TRIDVO PROXSVMO QVO ITA SATIS
EX HACE LEGE PEQVNIAM OMNEM AD QVAESTOREM REDIGERE NON POSTVERIT TVM IN DIEBVS X PROXSVMEIS QVIBVS
IMATAE ERVNT QVO SVI REGIS POPVLEIVE NOMINE LIS AESTVMATA ERIT LEGATI ADESSINT DVM NEI LONGIVS C DIES EDAT
EGERIT EI PRIMO QVOQVE DEI QVAESTOREM SOLVERE IVBETO QVAESTORQVE EAM PECVNIAM EIS SED FRAVDE SVA SOLVITO
VERO A R EX HACE LEGE TRIBVENDEI CAVSA PRODEIXERIT IS VTEI QVOD RECTE FACTVM ESSE VOLET QVOD EIVS IS REVS NON SOLVERIT
AB EIS P R STVMAVERIT ET VNDE EA PEQVNIA REDACTA SIET QVANTVMQVE IN EO FISCO SIET QVAESTOR QVEI QVOM
QVOD SINE MALO PEQVLATVM FIAT P R QVEI EX HACE LEGE QVAERET DARET SOLVI IVS ERIT ID QVAESTOR
RI OPORTEBIT QVOM EX HACE LEGE FIERI OPORTEBIT NEI QVIS MAGISTRATVS PROVE MAGISTRATV PROVE
DVCITO NEIVE ABDVCIER IVBETO NEIVE FACITO QVOD QVIS EORVM MINVS AD ID IVDICIVM ADESSE POSS
TRA QVAM SEI QVID IN SATVRAM FERETVR SEI IS PRAETOR QVEI EX HACE LEGE QVAERI SE
QVOD EX HACE LEGE FACTVM NON ERIT FACIANT FIANTQVE EX HACE LEGE FIERI OPORTERET
DVRNIVS L F TR PL ROGAVIT EX VE LEG QVAM M IVNIVS F TR PL ROGAVIT RVEI EORVM EO
DE PRAEVARICATIONE PRAETOR QVEI EX HACE LEGE QVAERET QVA DE RE EI PRAE
M QVEI CEIVIS ROMANVS NON ERIT EX HACE LEGE ALTERI NOMEN
M EI FILIO GNATEIS CEIVEIS ROMANEI IVSTI SVNTO
Ξ QVAE DANDA SEI QVEIS EORVM QVEI
ITATE IVDEX DEINCEPS FACIAT P R
OLET FACITO VTEI EA NOMINA
TRIBVNVS PLEBEI ROGAT AT
TIONEI ICVT R
FACIAT IGATQ
ATVM SI
RO



In ara coeli ubi aqua lustralis reposita est.





IVNONI
REGINAE
CONSERVATRICI
LIBERORVM DO
MVS AVGVSTI
D. D.


ANTISTIA L.F.
PRISCILLA
ABASCANTI
AVG. LIB.
AB EPISTVLIS
L D
D D.


ΔΙΙΜΕΓΑ
ΛΩΙ ΒΡΟΝ
ΤΟΝΤΙ ΟΙ
ΤΕΧΝΕΙΤ
ΑΙ ΑΝΕΘ
ΗΚΑΝ
Κ. Χ.
I. O. M.
NVMISIVS
ALBANIVS
ANTISTEMIVS
MINITES
ARTENAS
FAVSTVS
EX
VOTO.

Super coemiterio aræ coeli.




In ara coeli, tertia columna ad læuam.






In ara celi repositorium aquæ lustralis.

Ad arcum Septimianum.



Ante arcum Septimii Severi sub Capitolio.



P. ATILI P. F. OVF. SEPTIMIANI GRAMMATICI
LATINI ET L. ATILIO FILIO DVLCISS.
ANNAEA TYCHE P.
ET SIBI ET SYNGRAPHO LEIB.

IMP. CAESARI
ANTONIO GORDIANO
FELICI INVICTO
AVGVSTO
PONTIF. MAX. TRIB. POT. II.
COS. PROCOS. P P.
NVMISIVS QVINCTIANVS V. P.
AB EPISTVLIS LATINIS
DEVOTVS NVMNI
MAIASTATIQ. EIVS.

SALVIS DD. NN. HONORIO ET THEODOSIO VICTO
RIOSISSIMIS PRINCIPIBVS SECRETARIVM
AMPLISSIMI SENATVS QVOD VIR ILLVSTRIS
FLAVIVS ANNIVS INSTITVERAT ET FATALIS
IGNIS ABSVMPSIT FLAVIVS ANNIVS EVGARIVS
EPIFANIVS V. C. PRAEF. VRBI VICE SACRA IVDIC.
REPARAVIT ET AD PRISTINAM
FORMAM REDVXIT.

In frontispicio Portæ S. Georgij: qui est arcus Boarius

IMP. CAES. L. SEPTIMIO SEVERO PIO PERTI
NACI AVG. ARABIC. ADIABENIC. PARTHIC. MAX
FORTISSIMO FELICISSIMO PONTIF. MAX. TRIB.
POTEST. XII. IMP. XI. COS. III. PATRI PATRIAE ET
IMP. CAES. M. AVRELIO ANTONINO PIO FELICI
AVG. TRIB. POTEST. VII. COS. III P. P. PROCOS.
FORTISSIMO FELICISSIMOQVE PRINCIPI ET
IVLIAE AVGVSTAE MATRI AVG. N. ET CASTRORVM
ET SENATVS ET PATRIAE ET IMP. CAES. M. AVRE
LII ANTONINI PII FELICIS AVG. PARTHICI MAX
BRITANNICI MAXIMI
ARGENTARI ET NEGOTIANTES BOARI
HVIVS LOCI QVI DEVOTI NVMINI EORVM
INVEHENT.

In frontispicio Templi S. Angeli foro piscatorio.

IMP. CAES. L. SEPTIMIVS SEVE
RVS PIVS PERTINAX AVG. ARABIC.
ADIABENIC. PARTHIC. MAXIMVS
TRIB. POT. XI. IMP. XI. COS. III. P. P.
IMP. CAES. M. AVRELIVS ANTONINVS
PIVS FELIX AVG. PONT. MAX
TRIB. POT. VI. COS. PROCOS. INCEN
DIO CONSVMTAM RESTITVERVNT.

In foro piscatorio.

P. CAESAR DIVI. FIL. AVG.
PONTIFEX MAXIMVS
IMP. XI. TRIB. POT. XIV
AEGYPTO IN POTESTATEM
POPVLI
ROMANI REDACTA

SOLI DONVM DEDIT.

NVMINI DEORVM AVG. IOVI OPT. MAX.
AEDEM VOTO SVSCEPTO Q. LEPIDVS M. F.
M CVRIVS M. F. COS. III. S. P Q. R.

IMP. CAES. DIVI TRAIANI PARTHICI NERVAE
NEPOTI TRAIANO HADRIANO AVG. PONT. MAX.
TRIB. POT. II. COS. II. QVOVIS OMNIVM PRINCI-
PVM ET SOLVS REMITTENDO SESTERTI-
VM NAVES MILLIES CENTENA MILLIA ET IN
DEBITVM FISCIPTES EIVS SVAQ. ET POS-
TEROS SVOS RESTITVIT HAC LIBERTATE
SECVROS IVLIA AVG. MATER AVGG. ET
CASTRORVM MATRONIS RESTITVIT
SABINA AVGVSTA
MATRONIS

DIVVS AVG. PONT. MAX. EX. S. C.
REFECIT.



DOMINI NOSTRI IMPERATORES
VALENTINIANVS PIVS FELIX MAXIMVS VICTOR AC TRIVMF. SEMPER AVG. PONTIF. MAXIMVS GERMANIC. MAX. ALEMANN. MAX. FRANC. MAX. GOTHIC. TRIB. POT. VII. IMP. VI. COS. II. PPP. ET. FL. VALENS PIVS FELIX MAX VICTOR AC TRIVMF. SEMPER AVG. PONTIF MAXIMVS GERMANIC. MAX. ALAMANN. MAX. FRANC. MAX. GOTHIC. MAX. TRIB. POTEST. VII. IMP. VI. COS. II. PP.P. ET FL. GRATIANVS PIVS FELIX MAX. VICTOR AC TRIVMF. SEMPER AVG. PONTIF. MAXIMVS GERMANIC. MAX. ALAMANNIC. MAX. FRANC. MAX. GOTHIC. MAX. TRIB. POT. III. IMP. II. COS. PRIMVM PPP. PONTEM FELICIS NOMINIS GRATIANI IN VSVM SENATVS AC POPVLI ROM. CONSTITVI DEDICARIQ. IVSSERVNT.

In interiore parte Pontis S. Bartolomæi utrinque duæ inscriptiones leguntur ejusmodi

IMP. CAES. LVCIO SEPTIMIO M. FIL. SEVERO PIO
PERTINACI AVG. PATRI PATRIAE PARTHICO ARABIC.
ET PARTHICO ADIABENICO PONTIF. MAXIMO TRIBVN.
POTEST. XI. IMP. XI. COS. III. PROCOS. ET IMP.
CAES. M. AVRELIO L. FIL. L. ANTONINO AVG. PIO.
FELICI TRIBVNIC. POTEST. VI. COS. PROCOS. P P.
OPTIMIS FORTISSIMISQVE PRINCIPIBVS OBREM
PVBLICAM RESTITVTAM IMPERIVMQVE POPVLI
ROMANI PROPAGATVM INSIGNIBVS VIRTVTIBVS
EORVM DOMI FORISQVE S. P. Q. R.

Ad Porticum Templi concordiæ sub Capitolio

SENATVS POPVLVSQVE ROMANVS
INCENDIO CONSVMPTVM RESTITVIT

D. N. CONSTANTINO PIO FELICI AC TRIVMFA
TORI SEMPER AVGVSTO OB AMPLIFICATAM TO
TO ORBE REMPVBLICAM FACTIS CONSILIISQVE
S. P. Q. R.
AEDEM CONCORDIAE VETVSTATE COLLAPSAM
IN MELIOREM FACIEM OPERE ET CVLTV SPLEN
DIDIORE RESTITVERVNT.

DIVO ANTONINO ET DIVAE FAVSTINAE
EX S. C.

In Arcu Vespasiani prope Templum S. Mariae novae

SENATVS POPVLVSQVE
ROMANVS DIVO TITO
DIVI VESPASIANI F
VESPASIANO AVGVSTO

S. P. Q. R.
IMP. TITO CAES. DIVI VESPASIANI
FILIO VESPASIANO AVG. PONT. MAX.
TRIBVNIC. POTEST. X. IMP. XVIII.
PP. PRINCIPI SVO QVI PRAECEPTIS
PATRIAE CONSILIISQVE
ET AVSPICIIS GENTEM IVDEORVM
DOMVIT ET VRBEM HIEROSOLV
MAM OMNIBVS ANTE SE DVCIB.
REGIB. GENTIB. AVT FRVSTRA
PETITAM AVT
OMNINO INTENTATAM DELEVIT.

PETRONIVS PERPENNA MAGNVS QVADRANTIANVS.
V.C.MI. PRAEF. VRB. THERMAS CONSTANTIANAS
LONGA INIVRIA ET ABOLENDAE VEL POTIVS
FOEDALIS CLADIS VASTATIONE VEHEMENTER
ADFLICTAS ITA AGNITIONE SVI EX OMNI PARTE
PERDITA DESPERATIONE OMNIS REPARATIO
NIS DEPVTATVS AB AMPLISSIMO ORDINE PAR
V·O SVMPTV QVIDEM SED QVANTVM PVBLICAE PA
TIEBANTVR ANGVSTIAE AB EXTREMO VINDI
CAVIT ET PROVISIONE LONGISSIMA IN PRISTI
NAM FACIEM SPLENDOREMQVE RESTITVIT.

IMPPP. CAESSS. DDD. NNN. GRATIANVS.
VALENTINIANVS ET THEODOSIVS PII
FELICES SEMPER AVGGG. ARCVM AD CON
CLVDENDVM OPVS OMNE PORTICVVM
MAXIMARVM AETERNI NOMINIS SVI
PECVNIA PROPRIA FIERI ORNARIQVE
CVRAVERVNT.

SENATVS POPVLVSQVE ROMANVS
IMP. CAESARI DIVI NERVAE NEPOTI TRAIANO
AVG. GERM. DACICO . PONTIF. MAXIMO
TRIB. POT. XVII. IMP. COS. VI. P P.
AD DECLARANDAM QVANTAE ALTITV
DINIS MONS ET LOCVS TANTIS EX
COLLIBVS SIT EGESTVS .

PR. TR. PL. Q. AVGVR TR.
MIL. EX SORTE BELLVM CVM
IVGVRTHA NVMID. VEL. PROCOS.
GESSIT EVM CEPIT ET TRIVMP
HANS SECVNDO CONSVLATV IN
IOVIS ANTE CVRRVM SVVM DVCI
IVSSIT. III. COS. ABSENS CREATVS
EST IIII. TEVTONORVM EX
ERCITVM DELEVIT. V. CONSVL
CIMBROS FVGAVIT EX EIS ET TEV
TONIS ITERVM TRIVMPHAVIT
REMP TVRBATAM SEDITIONIBVS
ET TR. PL. ET. PRAETOR QVI ARMA
TI CAPITOLIVM OCCVPAVERANT
VI. COS. VINDICAVIT. POST LXX.
ANNVM PATRIA PER ARMA CIVILIA
PVLSVS ARMIS RESTITVTVS VII. COS
FACTVS EST DE MANVBIIS CIMBRI
CIS ET TEVTONICIS AEDEM HONORI
ET VIRTVTI VICTOR VESTE TRI
VMPHALI CALCEIS PVNICEIS .

ANNIO PAVLINO IVN PROCOS
ASIAE ET HELLESPONTI
COS ORDINARIO PRAEFEC
VRBI VICE SACRA IVDICANTI
OB MERITVM NOBILITATIS
ELOQVII IVSTITIAE ATQVE
CENSVRAE QVE PRIVATIM ET
PVBLICE CLARVS EST PETI
TV P.R. TESTIMONIO SENA
TVS IVDICIO DD. NN. TRIVM
PHATORVM AVGG. CAESARVM
Q. STATVAM SECVNDAM
AVRO PERFVSAM
LOCARI SVMPTV PVBLICO
PLACVIT.

BB.

PONTIFICIS VOTIS
ANNVANT DII ROMANAE
REIP. ARCANAQVE MOR
BIS PRAESIDIA ANNVANT
QVORVM NVTV ROMANO
IMPERIO REGNA CESSERE.

IMP. CAES. L. AVRELIO VERO AVG.
ARMENIC. AC. MED. PARTHIC. PONTIF.
MAXIM. TRIBVNIC. POTEST. VIII
IMP. V. COS. III. PP.

In arcu Constantini qua itur ab Amphitheatro ad Septizonium severi intrinsecus sub arcu. ad dextram scriptum est LIBERATORI VRBIS *et infra.* VOTIS X *ad sinistram vero* FVNDATORI QVIETIS: *et infra* VOTIS XX.

IMP. CAES. FLAV. CONSTANTINO
MAXIMO P. F. AVGVSTO S. P. Q. R.
QVOD INSTINCTV DIVINITATIS
MENTIS MAGNITVDINE CVM
EXERCITV SVO TAM DE TVRAN
NO QVAM DE OMNI FACTIONE
VNO TEMPORE IVSTIS REMPVE
VLTVS EST ARMIS ARCVM
TRIVMPHIS INSIGNEM DICAVIT.

In arcu Galieni.

GALIENO CLEMENTISSIMO PRINCIPI
CVIVS INVICTA VIRTVS SOLA PIETATE
SVPERATA EST M. AVRELIVS VICTOR
DEDICATISSIMVS NVMINI MAIESTATI
QVE EIVS.

T. SEMPRONII GRACCHI COS. IMPE-
RIO AVSPICIOQVE LEGIO EXERCITVSQ.
P. R. SARDINIAM SVBEGIT IN EA PROVIN-
CIA HOSTIVM CAPTA SVPRA LXXX.
MILIA REP. FELICISSIME GESTA ATQVE
LIBERATIS VECTIGALIBVS RESTITVTIS
EXERCITVM SALVVM ATQVE INCOLVMEM
PLENISSIMVM PRAEDA DOMVM REPORTA-
VIT ITERVM TRIVMPHANS IN VRBEM
ROMAM REDIIT

CVIS REI ERGO HANC TABVLAM
IOVI DD

FORTVNAE REDVCI

ET IOVI SERENO


DIIS DEABVSQ.

SVB QVORVM TVTELA

AVGG. MILITANT.


C. STATIVS PLAVTI


ANVS D D.





LVCIVS STRATONICVS ELPIDI EARINAE
CONIVGI ET VENVLINAE RODONICAE FILIAE
DVLCISS: ET ELPIDIO STRATONICO ET SIBI
ET SVIS LIBERTIS LIBERTAB. Q. POSTERISQ.
EORVM.


D. M.
L. TERENTII ASCLEPI
ADIS ET L. TERENTII
FELICIS FILII MISERRIMI
QVI FATVM PATRIS IMMA
TVRA MORTE SVBSEQVTVS
EST HELLANICA MATER
MOESTISSIMA POSVIT
ET LAELIAE TERENTIAE
FILIA INNOCENTIS
SIMAE ET SIBI.




ΘΕΟΣ ΚΑΤΑΚΘΟΝΙΟΙΣ
ΓΛΥΚΩΝ ΚΑΙ ΗΜΕΡΑ.
EX VOTO
EX VOTO.

PACI AETERNAE

DOMVS
IMP. VESPASIANI
CAESARIS AVG.
LIBERORVMQ. EIVS
SACRVM

AVG. IVNIOR.



P. VEDIO DIOGENI VEDIAE FELICVLAE
FRATRI COGNATAE.

In domo Lucij Boccabellij



I. O. M.
ET IVNONI REGINA

PRO SALVTE
M. AVRELII ANTONINI
PII FEL. AVG.
ET IVLIAE AVG.
IVL. PVDENS SEVERIANVS
ARAM CVM BASI
POSVIT.



IVPPITER
CVSTOS
DOMVS AVG.

H. MALVGINENSIS DD.


DD.3


AVCTORITATE
IMP. CAESARIS DIVI
TRAIANI PARTHICI F.
DIVI NERVAE NEPOTIS
TRAIANI HADRIANI
AVG. PONT. MAX. TRIB
POTEST. V. IMP. IIII. COS. III
L. MESSIVS RVSTICVS CVRATOR
ALVEI ET RIPARVM TIBERIS
ET CLOACLARVM VRBIS RR. RESTITVIT
SECVNDVM PRAECEDENTEM
TERMINATIONEM PROXIM. CIPP.
PED. CXVS.


DACIC GERMANIC
AVG. PONT. MAX. TRIB
POTEST IMP COS. III
L. MESSIVS RVSTICVS CVRATOR
ALVEI ET RIPARVM TIBERIS ET
CLOACARVM VRBIS RR. RESTITVIT
SECVNDVM PRAECEDENTEM
TERMINATIONEM PROXIMI CIPPI
PED. CX.




OSSA L. COR. LAMIAE ET TYCHES.
FECIT SIBI ET CORN. FILIO ET SVIS
ET LIBERTIS LIBERTABVSQ. POSTERISQ.


DIIS MANIBVS
M. CORNELIO
EVHODO
NVMVLARIO
CLAVDIA
CRANE CONIVGI
BENEMERENTI FECIT.


D. M.
C. SABINO C. F.
SOLVA ANGVLA
TO VETERANO.
COH. III. PR. S. ANE
NIVS EVROTAS
EVOCATVS AC
N. ET IVLIATAE
ODORACOIVS.
B. M. P. E. C. E.


D. M.
D. VIDIO PARTHACO
PATRONA
ALVMNO
B. M.
P. Q.


D. M.
T. CLAVDIO
FELICI PATRI ET
CLAVDIAE
PRIVATAE MATRI
T. CLAVDIVS AVITVS
FILIVS OPTVMIS
PARENTIBVS.



EE.2

LAOMEDON GENVIT; RAPVIT TIRYNTINVS HEROS.
MI SOBOLES AIAX EX TELAMONE SATVS.



MATRI DEVM


MARTIA OTACILLA AVG.
D.

Subiacentia hæc duo videntur in domo Episcopo Vallæi




NEMESI
SANCTAE

CAMPE SVRI PRO SA
LVTE DOMINORVM
N.N. AVGG. P. AEL. P. F.
AELIA PACATVS
SCVPIS. QVOD. COH. DOC
TOR VOVERAT NVNC
CAMPI DOCTOR COLFI.
PR. PV. SOMNIO ADMO
NITVS POSVIT. L. L.




In domo Alberinorum.







IMP . CAESARI
DIVI HADRIANI
AVG . FILIO DIVI
TRAIANI PARTHICI
NEP . DIVI NERVAE
PRONEPOTI
AELIO HADRIANO
ANTONINO AVG . PIO
TRIB . POT . COS . DES . II .
SCRIBAE
ARMAMENTARII .


FF


FL. EVGENIO PRAEFECTO PRAETORIO
CONSVLI ORDINARIO DESIGNATO MAGISTRO
OFFICIORVM OMNIVM COMITI DOMESTICO
ORDINIS PRIMI OMNIBVSQVE PALATINIS
DIGNITATIBVS FVNCTO OB EGREGIA EIVS
IN REMPVBLICAM MERITA HVIC
DD. NN. CONSTANTINVS VICTOR AC
TRIVMPHATOR SEMPER AVGVSTVS
IVLIANVS NOBILISSIMVS CAESAR
STATVAM SVB AVRO IN FORO DIVI
TRAIANI QVAM ANTEA SVB DIVO
CONSTANTE VITAE ET FIDELISSIMAE
DEVOTIONIS GRATIA MERVIT
AD ROBANTE AMPLISSIMO SENATV
SVMPTV PVBLICO LOCO SVO
RESTITVENDAM CVRAVERVNT.



D. M.
P. AELI CALLINICI
P. AELIVS AVG. LIB.
PHOEBVS PATER
ET SIBI FECIT.


L. ANTESTIVS CN. F. HOR
SARCVLO SALIVS ALBANVS
ANTESTIA L. L. PLVTIA
RVFFIA P. F. TERTIA SOROR
L. ANTESTIVS L. L. QVINCTIO


L. ANTESTIVS L. L. RVFFVS L. ANTISTIVS LƆL. THAMIRVS
L. ANTISTIVS L. Ɔ AMTHVS L. ANTISTIVS L. L. PROS. CAPPADOX. S.





L. ANTISTIVS C. F. HORSAECVLO ANTISTIA
SALIVS ALBANVS IDEN. MAG. SALTORVM L. L. PLVTIA.
RVFVS IANTHVS L. IMAGINES DE SVO FECERVNT PATRONO
ET PATRONAE PRO MERITIS.




IMP. CAESARI
DIVI NERVAE F.
NERVAE TRAIANO
AVG. GERMANICO
DACICO PONTIFICI
MAXIMO TRIBVNIC
POT. VIII. IMP. III. COS. V. P. P.
TRIBVS XXXV
QVOD LIBERALITATE
OPTIMI PRINCIPIS
COMMODA FABRVM ETIAM
LOCORVM ADIECTIONE
AMPLIATA SINT.



D. M.
AELII TAMYRI
PVERI MISERRIMI
OSSA
MYRINE MATER IN
FELICISSIMA
POSVIT
ET SIBI ET SVIS
POSTERISQ.


C. CAERELLIO FVFIDIO
ANNIORAVO C. FIL. OV. F.
POLITIANO SODALI
MARCIANO AVRELIANO
SEVERIANO III. VIR. EQVIT. ROM.
TVRMAE PRIMAE QVAESTORI
CANDIDATO
IMP. CAESARIS M. AVRELII
ANTONINI FELICIS PII. AVG.
TRIB. PLEB. CANDI. PR. HAST. AR. GV.
FVFYDII AMICVS ET
CHRISTINAE NVTRITORES


STILICONIS NOMEN ABRASVM.
VIRO BIS CONSVLI ORDIRARIO
MAGISTRO VTRIVSQ. MILITIAE
COMITI DOMESTICORVM.
ET STABVLI SACRI ADQVE
AB INEVNTE AETATE
PER GRADVS CLARISSIMAE
MILITIAE AD COLVMEN REGIAE
ADFINITATIS VECTO SOCIO
BELLORVM OMNIVM.
ET VICTORIARVM ADFINI
ETIAM DIVI THEODOSI AVGVSTI
ITEMQVE SOCERO
DOMINI NOSTRI HONORI AVGVSTI
POPVLVS ROMANVS
PRO SINGVLARI EIVS
CIRCA SE AMORE
ADQVE PROVIDENTIA
STATVAM EX AERE ARGENTOQ.
IN ROSTRIS AD MEMORIAM
GLORIAE SEMPITERNAE
CONLOCANDAM DECREVIT.



ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ ΚΑΙΣΑΡΙ
ΤΩΙ ΑΔΡΙΑΝΩΙ ΤΟΥ
ΤΡΑΙΑΝΟΥ ΠΑΡΘΙΚΟΥ ΥΙΩΙ ΤΟΥ
ΝΕΡΟΥΑ ΕΚΓΟΝΩΙ ΤΙΤΩΙ ΕΛΙΩΙ ΑΔΡΙΑΝΩΙ
ΑΝΤΟΝΕΙΝΩΙ ΣΕΒΑΣΤΩΙ ΕΥΣΕΒΕΙ
ΑΡΧΙΕΡΕΙ ΜΕΓΙΣΤΩΙ ΔΗΜΑΡΧΙΚΗΣ ΕΞΟΥΣΙΑΣ
Δ' ΥΠΑΤΩΙ ΤΟ Γ. ΠΠ. ΤΩΙ ΕΥΕΡΓΕΤΗ ΚΑΙ
ΣΩΤΗΡΙ' ΑΔΡΙΑΝΗΣ ΜΟΨΟΥ ΕΣΤΙΑΣ ΤΗΣ
ΚΙΛΙΚΙΑΣ ΙΕΡΑΣ ΚΑΙ ΑΙ ΕΛΕΥΤΕΡΑΣ Κ, ΑΣΥΛΟΥ
ΚΑΙ ΑΥΤΟΝΟΜΟΥ ΚΑΙ ΦΙΛΗΣ ΚΑΙ ΣΥΜΜΑΧΟΥ
ΡΩΜΑΙΩΝ Η ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟC ΔΙΑ ΤΗC
ΘΕΙΑΣ ΑΥΤΟΥ ΔΙΚΑΙΟΔΟΣΙΑΣ ΒΕΒΑΙΑ
ΤΗΡΗΣΑΝΤΟΣ ΑΥΤΗ ΤΑΙΣ ΑΡΧΗΣ ΔΙΚΑΙΑ



Calendarium in marmore candidissimo & quadrangulari sculptum. Quod erectum est ad parietem minoris areæ domus Episcopi Vallæi.

Pars dextra.

MES.IA	MES FE	MES MA	MES AP	MES. MAI.	MES. IVN.	MES. IVL.	MES. AVG.
DIES XX	DIES XX	DIES XX	DIES XX	DIES. XXXI.	DIES. XXX.	DIES. XXXI.	DIES XXXI.
NON Q	NON Q	NON SE	NON Q	NON. SEPTIM.	NON. QVINT.	NON. SEPTIM	NON QVINT.
DIES H	DIES H	DIES H	DIES H	DIES HOR.	DIES HOR. XV. S.	DIES. HOR.	DIES HOR
VIIII.S.	X.S.	XII.S.	XIII.S	XIIII. S.	NOX. HOR.	XIIII. S.	XIII. S.
NOX H	NOX.H	NOX H	NOX H	NOX. HOR.	VIIII. S.	NOX. HOR.	NOX. HOR.
XV. S.	XIIII.S.	XII. S.	XI. S.	VIIII. S.	SOLSTITIVM.	VIIII. S.	XI. S.
SOL CA	SOL	SOL PI	SOL	SOL TAVRO.	ĪĪĪ. K. IVL.	SOL.	SOL.
TVTE	AQVA	TVTE	ARIE	TVTELA.	SOL GEMINIS.	CANCRO.	LEONE.
IVNO	TVTE	MINE	TVTE	APOLLINIS.	TVTELA.	TVTELA.	TVTELA.
PALV	NEPT	VINE	VENE	SEGETES.	MERCVRI.	IOVIS.	CERERIS
AQVI	SEGE	PEDA		BRVNCANTVR	FAENISEG.	MESSES.	PALVS.
HARV̄	SARI	IN PA		OVES TONDENTVR	VINEAE.	HORDEAR.	PARATVR.
CAED	VINE	PVTĀ		LANAE.	OCCANTVR.	APOLLINAR.	MESSES.
SACR	SVPE	TRIM		LAVANT.	SACRVM.	NEPTVNAL	FRVMENTI.
DIIS	COLI	SERI		IVNAN.	HERCVLI.		STVPPAE.
PENA	HARV	ISIDIS		IVRVA.	DIIS.		INCENDVNT.
	INCEN	NAVS		SECAN.	PENATIB.		SACRVM.
	LVPE	SACR		SES			SPES SALVS.
	PARĒ	MAN R					DEANAE
	IA CO	LIBER					VOLCANI.

MES
DIE
NON
DIE
XIIII
NOX
X
SOL
LIB
VIR
VO
DO
VIN
AR
PI
LE

MES
DIE
NON
DIE
XV
NOX
IX
SOL
TVT
MA
VIN
SAC
LIB
SCR
LE
AR

MES
DIE
NON
DIE
XVI
NOX
VIII
SOL
NIE
SEM
TRI
HO
SCR
ME
AB
HE
PI

MES
DIE
NON
DIE
XV
NOX
IX
SOL
VES
DE
CH
FAB
AR
TV
EPI
RO
DE
IO

MES. SEPT.
DIES XXX.
NON. QVINT.
DIES HOR.
XII. S.
NOX HOR.
XII. S
AEQVINOCT.
III. KAL. OCT.
SOL VIRGINI.
TVTELA
VOLCANI.
DOLIA.
PICANTVR.
POMA.
LEGVNTVR.
ARBORVM.
ABLAQVEATI
EPVLVM.
MINERVAE.

MES. OCT.
DIES XXXI.
NON. SEPTIM.
DIES HOR.
XI. S.
NOX. HOR
XIII. S.
SOL.
LIBRA.
TVTELA.
MARTIS.
VINDEMIAE.
SACRVM.
LIBERO


MES. NOV.
DIES XXX.
NON. QVINT.
DIES HOR.
VIIII. S.
NOX HOR. XV. S
SOL.
SCORPIONE.
TVTELA.
DEANAE.
SEMENTES.
TRITICARIAE,
ET HORDEAR.
SCROBATIO.
ARBORVM.
IOVIS.
EPVLVM
HEVRIS

MES. DEC
DIES XXXI.
NON. QVINT
DIES HOR. VIII. S.
NOX HOR. XVI. S
SOL SAGITTAR.
TVTELA.
VESTAE.
NIEMIS INIT.
SIVE TROPAPAE
CHIMERVINEE.
STERCORAT.
FABA SERIT
MATERIAS.
DECIENTES.
OLIVA FOD
LEMV
SACR
C

In palatio Episcopi Vallæi



Saxum hoc in duas partes est diuisum & vtrinque eandem habet formam & inscriptionem



D. M.
PETRONIA NICE ET ALCIBIADES
ALCIBIADI FIL. DVLCISSIMO ET
DESIDERATISSIMO CVIVS MORS
DECEPIT PATREM SVVM QVI VIX. A. XX.
M. VII. D. XXI. ET IVCVNDAE MATRI EIVS CVM
QVA VIX. ANN. XXV. ET FELICLAE ALVMN. SVAE
QVAE V. A. VI. M. V. B. ME. FECER. ET SVIS
POSTERISQ. EORVM.




AELIAE DIVAE AVG. L. DORIDI ET ATIMETO FECIT MEROPI.



DIIS MANIBVS
SACRVM
Q. MINVCIVS FELIX.



In domo Episcopi Vallæi




SABINA AVG.




ANNEAE PYRAL
LIDI

L. TROPHIMVS
AVG. LIB.
A VESTE ITEM
A LACVNA
LOCVM MONVMENTI
DEDIT.

II. 2

P. DECIMIVS P. L. HEROS MERVLA MEDICVS
CLINICVS CHIRVRGVS OCVLARIVS VI. VIR.


HIC PRO LIBERTATE DEDIT IIS IↃↃ.
HIC PRO SEVIRATV IN REMP. DEDIT IIS. ∞∞.
HIC IN STATVAS PONENDAS IN AEDEM HERCVLIS DEDIT
II 
HIC IN VIAS STERNENDAS IN PVBLICVM DEDIT
  IↃↃ ∞∞.
HIC PRIDIE QVAM MORTVVS EST RELIQVIT PATRIMONI.
IIS ∞  



II. 3


LVCILLA AVG.


CARDINALIS MARCA
hoc monumentum,
quod hic loco Tituli
ponitur, Leodij in cho
ro S. Lamperti ex
orichalto deau=
rato sibi
P. C.
IIII. PARS
ANTIQUITATUM ROMANARUM
Siue II. Tomus,
Inscriptionum & Monumentorum, quæ
Romæ in saxis & marmoribus visuntur
Autore
I. I. Boissardo Vesuntino omnia studiose
conquisita & excepta,
Artifice vero
Theodoro de Bry Leod. recens in ære effícta, et
foras datâ, Francf. Anno M. D. IIC.



ILLVSTRI AC GENEROSO VIRO HERMANNO A GHOER, BARONI de Pesche, Domino Villartii, Andrimontii, Brohainæ, &c.

IANVS IACOBVS BOISSARDVS VESVNTINVS.



OMANAS Inscriptiones statim à principio visum est, non temere in duos distribuere tomos: ne si vno comprehenderentur volumine, liber in nimiam euaderet crassitudinem. Propterea quod necesse sit singula in vna folii pagina typis excudere, quod præli impressionem charta non possit ferre duplicem. At cum vterque tomus potuisset debuisset que coniungi, ac simul emitti in lucem, vtpote qui contineant monumenta vnius vrbis, placuit tamen Theodoro de Bry, Typographo vigilantissimo & solertissimo vtrumque separatim publicare, vt sumptus qui faciendi sunt commodius tolerare, & ex libri primi venditione ad editionem secundi paratior & instructior venire possit. Eius consilio & voluntati neutiquam volui refragari, ne vir bonus damnum aliquod ex officiosa beneuolentia, qua me complectitur, caperet. Opus sane aggressus est hoc volens, vtpote qui perpetuo, & indefatigabili desiderio adiuuandi publicam vtilitatem feratur, & promouendi studia eorum qui venerandæ Antiquitatis admirãtur reliquias, diuersis in regionibus Europæ à priscis sæculis summo Dei beneficio relictas. In hac re grandes faciendæ sunt impensæ: & quæ facultates hominis opulenti requirant, præter tot annorum labores, quibus senex licet, alacris tamen reliquum tempus ætatis impendit. Is enim marmorum, quibus inscriptiones antiquę, quas olim collegi, continentur, figuras, tabulas, & epitaphia laminis cælauit aheneis, tanta industria, tam concinna picturæ delineatione, vt doctissimis quibusque ars illius mirificè probetur, iucũdaq; delectatione passim excipiatur. Et tantum laudis ipsi sculptori, quantùm auctori tribuant

)(tribuant

buant omnes bonarum artium ſectatores: cùm hac diligentia ſuum nomen ad poſteritatem cum celebri fama tranſmittat. Hæc egregiè geſtis meritò rependitur compenſatio, inuidia etiam non reſiſtente, vt inter bonos bonorum nomen & memoria ſtabiliatur & floreat. Et ideo qui ſapiunt, benè audire malunt quam diteſcere. Quæ, obſecro, diuitiæ poſſunt cum bona fama conferri? Vita enim ingloria locupletum (quamuis abundè bona fortunæ accumulauerint, & felici poſſeſſione quæſitarum opum ſe beatos exiſtiment) morti non abſimilis iudicari debet: niſi ad poſteros aliquod teſtimonium relinquant bene ante actæ vitæ. Opes amittuntur cum vita, fama illuſtris virtute quæſita permanet æterna. Vera poſſeſſio virtus eſt, cuius laus omnis in actione conſiſtit. At hęc actio non ad ſe, ſed ad alios translata conſideratur, vt juuet, & proſit, & proximi promoueat vtilitatem. Non nobis ipſis nati ſumus, ſed patriæ, cognatis, & amicis. Merito igitur eos honoramus, qui ſe huic vitæ ita comparant, vt omnes eius partes primò ad pietatem, & Dei cultum conferant: deinde, quantùm fieri poteſt, hominibus commodent, & patriæ ſuam operam impendant, vnuſquiſque in ſuo ſtatu & conditione ad quam vocatus eſt. Cui plus gratiæ à Deo luminum collatum eſt, eius obligatio eſt maior. Talentum nobis commiſſum fideliter exercere iubemur: ne ingrati videamur, acceptoque à Deo beneficio indigni & iudicio obnoxii. Id ſerio dum perpenderet Bryius, intelligatque non ſolùm tibi, ſed literatis omnibus primum librum harum inſcriptionum adprobari, operi feliciter inchoato ſecundam partem adiicit, quæ tibi dicatur, vir generoſe, tanquam illi cui labores mei conatuſque omnes conſecrari debent. Proſequar itaque in hoc volumine quæ ſuperſunt eodem ordine, quo in priori cœperam. Et recenſebo continua ſerie illa quæ videntur in Vrbe, tam priuatis quàm publicis in locis. Non quidem omnia (nam magno animi mei dolore pluſquàm dimidia pars mearum lucubrationum de ploranda iactura periit) Sed quæ ſingulari Diuinæ bonitatis fauore & beneficio erepta ſunt ex illo meorum librorum miſerando naufragio: ex quo vix emerſit breuis hæc portiuncula ſuperſtes, ex tam laborioſis

borioſis & diutinis collectionibus, quas priùs in vnum congeſſeram : quibuſq; olim totam fere iuuentam impenderam, longis terra marique peregrinationibus ſuſceptis. Quia tamē Deo Opt. Max. (ſine cuius prouidentia nihil in humana vita contingit) ita viſum eſt, vt ſine fructu tam longum ſtudium, & curę vigiles euanuerint, quicquid mihi accidit ita expedire credo, damnumq; irreparabile quod accepi, toleranter & patienter fero. Cùm potiſſimùm amiſſorũ iacturam ex aliqua parte ſuppleant amicorũ auxilia : qui diuerſis è locis ad me miſerũt plurima notatu digna, quæ ipſi obſeruarunr, & deſignarunt. Inter quos eſt Iulius Roſcius, ſanctæ Mariæ Tranſtyberinę Canonicus vir doctus, antiquitatumq; ſtudioſiſſimus. Is mihi cõmunicauit librũ manuſcriptum, quo plurima cõtinentur obſeruatione digniſſima: ſed quę vt plurimùm ita ſunt trãſcripta, vt iis certus locus nõ ſemper adſignetur, vt ſciri poſſit, qua in vrbis parte reperiãtur. Excepta enim ſunt diuerſo tẽpore, & diuerſis in locis à variis auctoribus, & in vnũ volumē redacta ſine ordine: & pleraq; nõ ſatis exactè correcta, vt fieri ſolet in marmoribus ſitu & iniuria temporum exeſis, mutilatis, & confractis. Norũt omnes, qui circa hæc ſtudia operam aliquam impenderunt, quàm difficilè ſit etiã expertiſſimo, ſenſum ſcriptionis in pleriſq; elicere. Quæ Romæ ſunt, duobus his voluminibus complexus ſum, libro peculiari Deo dante, comprehendã nonnulla quæ in Italia, in ora Illyrici, in Stiria, Germania & Gallia collegi. Quibus etiam adiungam recentiorum aliquot literatorum, & illuſtrium virorũ ſepulchra: vt Pontani, Decij, Actij, Dantis, Ficini, & aliorũ, qui ſcriptis celebres vbiq; gentium habentur: Ex ijs non dubito, quin docti cum multo fructu ſingularē accepturi ſint delectationem. Quòd ſi mihi ſupereſſent cætera, quæ in hoc genere ſimul olim congeſſerã, potuiſſem ex his ſeparatim integrum volumen conficere. Tanta cura & diligentia exceperã omnia doctorum virorum monumenta, quæ Ticini, Patauij, Piſis, Senis, Florentiæ, Volaterris, Peruſij, Romæ, Neapoli, reliquiſq; celebrioribus Italiæ vrbibus extant, vt nihil me obmiſiſſe arbitrarer, quod doctis placiturum putarem. Sunt enim Itali, fueruntque ſemper, erga literatos homines ita affecti, vt eorum memoriam quibuſcunque poſſunt rationibus ad poſteritatem propagare ſtudeant. Potiſſimùm celebribus monumentis, in quibus præter exquiſita marmora, nullis ſumptibus parcũt, vt eiuſmo-

di sepulchra manu operaq; artificum illustrentur: certatimque id fit ab optimatibus, qui in rebus publicis primas obtinẽt partes. Vt in sepulchris Marsilij Ficini, Ioti, Scalcialupi factũ videmus Florentiæ, Pisis in Philippo Decio, & Matthæo Curtio. Quamuis Decium certum est, sibi viuo monumentum insigne pręparasse, ne posteris crederet, vt inscriptio docet. Nã vt plurimùm illustres illi & literati viri Italiæ, genere nobili sunt orti: Stemmata enim, & nobilitatis suæ gloriam alia re superari non posse, præterquàm scientiarũ cognitione credunt. Ideò non est mirũ, si ex proprijs facultatibus sepulchra sibi fieri curent sumptuosa, & locis publicis erecta: propensa in eorum memoriam beneuolentia ciuium, & fauore Principum: qui simul suum nomen illustrant, dum sumptus aliquos faciunt in his ędificijs cõstruendis. Magnus ille Dux Hetrurię, Cosmus Medices, plus famæ sibi apud posteros conciliauit, quòd doctissimos quosq; viros luculẽtis stipendiis ad se accersiuerit: quòd bibliothecas illas duas tam instructas libris manuscriptis Florentiæ excitauerit: quòd Architechtos, sculptores, pictores, mathematicos & reliquos artifices, (quorum artes ingenio & iudicio tractantur) fauore & liberalitate promouerit, quàm ex tam ampla dominatione Hetruriæ, quę illi nomẽ Ducis Magni acquisiuit: &, si meritis digna merces rependeretur, Pontificum, Imperatorũ, Principumq; omniũ vnanimo consensu Rex debuerat vocari. Cùm igitur ex multis collectionibus mihi pauca restent, ne portiunculæ illæ exiles superstites excidant & pereant, eas publico spectaculo proponere satius esse duxi, quàm incuria supprimi. Siquis meum studium probabit, & quæ in eo desiderabuntur emendet, augeat, & illustret, illi gratias agam, optimeque de me meritum fatebor: mihique gratulabor, quòd tam laudabili supplemento exiguum principium promouerit, illique cedã libenter, si quid exactius in mediũ attulerit. Viam enim aperuisse aliis ad benè agendũ, gloriosum semper censeri debet. Qui plura, qui meliora, qui iucundiora fuerit meditatus, illi vltro concedam palmam meritam, & quicquid laudis ex mea industria mereri iudicabor: suauissimumq; mihi semper erit, illorum dignitati meum officium, & obsequium vltro submittere, & me illis, in quibus vincent, postponere. Tu verò, vir clarissime, breues has reliquias placida, vt solitus es, fronte suscipe cum auctore, qui se tuo nomini in perpetuum colendo volens dedicauit & deuouit. Vale felicissimè.

DE FVNERIBVS ET MODO SEPELIENDI VSITATO APVD Antiquos.



CVm in hoc ſecundo volumine, ſicut & in priore factum eſt, proponantur diuerſæ inſcriptiones, quæ in hodiernum vſque diem in marmoribus Romanis conſpiciuntur. Ex iis aliæ ad res diuinas pertinent, nempe ad titulos Deorum, ad templorum & ſtatuarum dedicationes, aliæ ad ædificia publica, vtpote ad porticus, pontes, aquæductus, circos, portas vrbis, locorum terminos, & alias ſtructuras illuſtriores: Reliquæ autem, quibus maior huius libri pars occupatur, ad Epitaphia mortuorum referri debet. Cumque de ſepulchralibus inſcriptionibus hic ampla fiat mentio, exiſtimaui ad Lectoris delectationem conducere, ſi pauca hic adnotem, quæ de funeribus & modo ſepeliendi apud ſcriptores paſſim occurrunt.

Conſtat enim apud Antiquos magnam ſepeliendi mortuos obſeruatam fuiſſe curam. Nam cùm parentum, liberorum cognatorum amicorumque præſentia deſtituerentur, eorumque deſiderio mirificè tangerentur, non eſt mirum ſi nihil intentatum reliquerint, quod ad conſolationem & mœroris diminutionem faceret. Cui acceſſit & religio, qua conſcientiæ & mentes hominum plurimùm mouentur. Nemo enim fuit vnquam, exceptis aliquibus atheis & prophanis, qui non exiſtimauerit Deum eſſe mundi totius creatorem, & conſeruatorem, hominemque ad eius ſimilitudinem factum, rationiſque capacem, vt ſuum conditorem cognoſceret, illi ſeruiret, illum veneraretur & coleret. Vtque Diuina illa maieſtas æterna, infinita, & omnipotens eſt, ſic quoque pura, perfecta, ſcelerum vltrix, & virtutum remuneratrix: quæque nihil habet commercii cum vitio & peccatis. At è contrario, nemo eſt tam vecors, nemo tam ſtupidus, qui ſe non agnoſcat multis in rebus imperfectiſſimum, & peccato obnoxium, imo vitam omnem continuationem eſſe peccati. Cumque Deus ſcelera & crimina averſetur, nemo dubitat aliquando reddendam eſſe noſtrarum actionum rationem coram tribunali Iuſtitiæ Diuinæ: Et vnumquemque recepturum ſecundum opera ſua. Hæc doctrina licet propriè ad Chriſtianos pertineat, gentes tamen quæ Dei verbum non audiuerunt, ab ea non fuerunt alieni: Imo docuerunt animas mortuorum poſt obitum ad inferos ferri, & à Plutone Inferni Deo tradi ſeueriſſimis iudicibus Minoi, Rhadamantho & Æaco, qui incorrupta trutina omnium anteactam vitam trutinabant, nulloque reſpectu, aut ratione habita ſtatus, conditionis, dignitatis, ſexus, aut ætatis, de omnibus incorruptam ferrent ſententiam: ſontes & noxios pœnis & torturis atrocibus pro magnitudine delicti ad iudicabant: alios rotis, alios vulturibus, alios Eumenidibus furiis infernalibus conſcindendos flagellis & verberibus, alios vadis Cocyti & Phlegethontis, flamma & ſulphure ſtagnantibus immergendos præcipiebant, tandiu donec iuſtitiæ diuinæ ſatisfactum eſſet, pœnaque iuſta crimen admiſſum elueretur. Boni verò & Dei cultores, quiq; per virtutem vitam tranſegerant, plurimis profuerant, obfuerant nemini, hi Diuinum fauorem & gratiam conſecuti ad beatam & æternam tranquillitatem & felicitatem transferebantur ad Elyſios campos: vbi flumen Lethes proni adibant, & de eo potabant, vt inde malorum & laborum in vita tranſactorum obliuionem conciperent: & ſeſe ad loca deſtinata, & beatorum conſortia reciperent: vbi delitiis omnibus doloris & iuſtitiæ immunes fruerentur: iiſque ſtudiis vacarent, quibus in vita maximè fuerant delectati: vtpote literati cum literatis, milites cum militibus, virgines cum virginibus, matronæ cum ſimilibus, qui omnes Philoſophia, rerum arduarum meditatione iucunda, militaribus exercitiis, choris, cantu, & reliquis eiuſmodi exercitiis ſeſe oblectabant.

At cùm incertum eſſet quo modo quiſque tractaretur apud Inferos, mortuorumque curam non poſſent deponere viuentes, omnem mouebant lapidem, vt defunctorum neceſſitatibus prouiderent, tam legitima ſepultura, quàm precibus, & ſacrificiis, quibus DEVM placari, & clementem reddi iudicabant: hoc ante omnia procurantes, vt animabus defunctorum Deos manes propitios & fauentes redderent. Exiſtimauerunt enim antiqui, hominibus, cum primùm in lucem venirent, duos Genios tutelares committi, qui hominem, dum in vita eſſet, nunquam deſererent, ſed eius omnes actiones bonas & malas obſeruarent, & exactè notarent; vt poſt mortem anima ad Inferos delata, & Iudicum examini ſubiecta, reciperet præmia felicitatis, aut pœnas admiſſorum criminum, prout teſtimonio Manium probabantur benè vel malè egiſſe in corporibus: Hinc apud Vergilium Anchiſes Æneæ filio inquit, *Quiſque ſuos patimur Manes.*

Prima igitur apud antiquos poſt ſuorum mortem cura fuit, vt legitimè ſepelirentur. Quotannis enim certos dies inſtituerunt, quibus parentationes fierent, nempe tertium, ſeptimum, nonum & trigeſimum poſt obitum diem. Græci ἐναγίσματα vocabant obſequias, & oblationes, quæ Diis Manibus offerebantur pro animabus defunctorũ. νεκύσια erant ſacrificia pro

mortuis. τραήματα conditura & inhumatio. κτερίσματα & ἔννατα erant nouendiale illud sacrum, quod nono post obitum die fiebat. τριακάδες καὶ τριακονδες, quæ celebrabantur post trigesimũ diem. Latini ea omnia comprehendebant sub nominibus iustorum, exsequiarum, inferiarum, parentationum, nouemdialium, denicalium, februorum & feralium. Quæ omnia didicerunt à Græcis: Græci ab Ægyptiis, Ægyptii à Chaldæis, Æthiopibus, Gymnosophistis, & Brachmanibus: qui omnes spe resurrectionis futuræ ea sacra inter suos instituerunt. Licet hanc de resurrectione doctrinam Plinius more suo irridet, lib. 7. c. 55. vbi ait. Similis & de asseruãdis corporib. hominum, & reuiuiscendis promissa à Democrito vanitas, qui non reuixit ipse. De hac resurrectione ita scribit Phocylides.

Οὐ καλὸν ἁρμονίην ἀναλύεμεν ἀνθρώποιο.
Καὶ τάχα δ' ἐκ γαίης ἐλπίζομεν ἐς φάος ἐλθεῖν.
Λεῖψαν, ἀποικομένου ὀπίσω δὲ θεοί τελέθονται.

Non est pulchrum harmoniam corporis humani soluere, quem statim ex terra speramus in lucem rediturum, & postea inter Deos numeratum iri.

Ex hac opinione natus est inter Ægyptios mos ille curiosus condiendi corpora: quem tantis sumptibus obseruarunt Sesostris, Amasis, Sinandius, & alii Satrapæ, imo & ipsi plebeii, qui omnes hanc futuram resurrectionem exspectabant: quorum vnusquisq; pro suis facultatibus suorum corpora condiebant, vt integra seruarentur, si fieri posse, vsque ad consummationem sęculi, quo tempore corporum resurrectionem futuram existimarunt. Neque defuerunt plurimi, qui sepulturam visi sunt negligere: vt de Diogene factitatum legimus: qui amicis rogantibus quid post mortem de suo corpore faciendum vellet. Hoc, inquit, aut in profluentem abiicite, aut exponite deuorandum alitibus & feris. Et Anaxarchus dum iussu Nicocreontis tyranni Cyprii
» pilo tunderetur in mortario. Tunde tunde, ait, Hunc Anaxarchi corticem, quo ipse inuolutus
» est, nihil enim hinc damni accipio. Sed illi sepulturam corporis ideo negligere visi sunt, quòd maximè ad eam hominis partem, quæ præcipua est, spectare viderentur, nempe ad animam, cuius quasi theca, vel vestis, vel domicilium est corpus hoc caducum & corruptibile, cùm anima sit
» immortalis. Quod Cicero testatur in somnio Scipionis. Tu verò sic habeto, inquit, te non esse
» mortalem sed corpus hoc. Nec enim tu is es, quem forma ista declarat, sed mens cuiusque is est
» quisque, non ea figura quæ digito demonstrari potest. Hanc opinionem secuti sunt alii multi: qui corporis mortales exuuias contempserunt, de anima tantùm soliciti: vt de Mæcenate legimus.

Nec tumulum curo, sepelit natura relictos.

» Et Vergilius introducit Anchisen dicentem: *facilis iactura sepulchri est*. Seneca inquit: Omni-
» bus natura sepulchrum dedit. Naufragorum idem fluctus qui expulit: Suffixorum corpora cru-
» cibus in sepulturam suam defluunt: eos qui viui cremantur pœna funerat. Lucanus libro 7. inuehitur in Iulium Cæsarem, qui iusserat Pompeianorum cadauera insepulta relinqui.

Nil agit hac ira; tabes ne cadauera soluat,
An rogus, haud refert. placido natura receptat
Cuncta sinu: & paulo post: *capit omnia tellus*
Quæ genuit: cœlo tegitur qui non habet vrnam.

Cyrus quoque Persarum rex, teste Xenophonte, morti proximus filiis suis præcepit, vt postquam expirasset corpus suum humo statim mandarent, de pompa funebri, & sumptuosiore sepulchro neutiquam soliciti: beatum ducens, corpus statim resolui in terram, vnde ortum duceret.

Maior tamen meliorque pars hominum existimarunt semper esse infelicissimum sepultura carere. Neque certè corpus hoc terrestre, licet infirmum caducumque sit, omni honore indignum est. Cùm enim sit animæ domicilium, & per id ipsa anima, tanquam per idoneum instrumentum, multa laude digna operetur, quæ ad Dei optimi honorem, & ad conseruationẽ societatis humanæ faciant, consentaneum rationi videtur, vt id ab anima separatum honorificè tumulo mandetur. Nihil enim structura corporis humani præstãtius, nihil admirabilius videri potest Si quis exactè contempletur singularum partium compositionem & symmetriam, existimabit ad eius structuram concurrisse omnes Diuinæ sapientiæ thesauros. Nihil enim aptius, nihil perfectius formari poterat, ad recipiendam eam hominis partem quæ præcipua est, & Deo similis, nempe animã, cuius imaginationes & conceptus, hoc corpus exequitur. Admiranda sunt, si benè perpendamus, tot & tanta opera, quæ manibus hominum perficiuntur, ex quibus iudicium internum quale sit clarè perspicitur. Hinc Hermes Trismegistus tradit Deum procreasse duo maximè admiranda, Mundum, in quo se exerceret & luderet per infinitas creaturas; & Hominem, in quo se oblectaret & delectaretur: quibus diuinitatis omnipotentia & bonitas manifestatur, vt enim mundus imago Dei est, sic homo est imago mundi. Propterea Philosophi hominem vocarunt μικρόκοσμον: Et Paulus hominis corpus templum Dei appellat: Neq; vlla creatura inuenta est, quam DEI filius sibi adiungeret, quàm homo. Nam Christus seruator noster Deus est & homo, sicut homo est anima & corpus inseparabiliter coniuncti. Deus enim animã creauit ad suã similitu-

ſimilitudinem, quæ vnita cum corpore efficit hominem. Cumque verbum Diuinum cum homine fuerit vnitum, credendum eſt hoc corpus, quod hominis pars eſt, cum Chriſto ſuo capite reſurrecturum,& cum Deo vniendum eſſe. Æquum eſt igitur vt diſſoluto hoc homine, corpus ab anima ſeparatum ſingulari honore excipiatur, & ſepulchro aliquo tumuletur: quo moneat mentes viuentium eos mortales eſſe. Seneca exiſtimat monumenta ideo dicta, quod mentes hominum moneant ſuæ conditionis, & à metu mortis eos reuocent. Plato quoque ſolebat dicere præcipuum Philoſophiæ ſcopum in eo verſari,in perpetua mortis meditatione. Auguſtinus ſuper 2.lib.Regum cap.2.vbi benedicitur iis qui Saulis corpus ſepeliuerant,ait: Corpori humano quicquid impenditur, etiam ſi id non fiat ad præſidium ſalutis, tamen eſt ad humanitatis officium. Et Varro indignatur Licinium quendam Auguſti tonſorem ſumptuoſo ſepulchro ad vitam Salariam conditum,cum alii præſtantiſſimi viri eo carerent honore.

Marmoreo tumulo Licinus iacet: at Cato paruo,
Pompeius nullo, credimus eſſe Deos?

Abrahamus hunc honorem ſepulturæ adprobans, Geneſis cap. 23. prouidet de conditorio ſibi, vxori, poſteriſque ſuis. Et in id monumentum (quod eius auus coëmerata filiis Hemor) Iacobus in Ægypto moriens inferri cupiuit: Præcepitque filiis, vt poſtquàm eorum poſteritatē Deus liberaſſet à ſeruitute Ægyptiorum, & eos introduxiſſet in terram Cananæorū (quam Deus promiſerat Abrahamo & ſemini eius) vt eius oſſa ſecum Ægypto auſportarent, & conderent in ſepulchro Abrahami. Legimus Cimonem Miltiadis filium captiuum ſe reddidiſſe, & carceri incluſum, tantiſper dum pater ſepulchro mandaretur, quod à creditoribus impediri poterat: tanta fuit apud omnes populos ſepulturæ cura, vt nemo ea carere voluerit. Vnde Plutarchus in vita Lycurgi ſcribit: præceptum fuiſſe non minus alacriter pugnandum pro ſepulchris maiorum, quàm pro focis & aris. Quia apud omnes ſepulchra ſacroſancta iudicabantur, & inuiolabilia: vt teſtatur Plinius libro ſecundo cap. 65. Et in legibus duodecim tabularum ſcriptum eſt: Vbi corpus demortui hominis condas, locus ſacer eſto. Infeliciſſimi ſemper iudicati ſunt omnes qui honore ſepulcri deſtituerentur: Vnde Poëtæ fabulati ſunt defunctorum, qui ſepultura carebant, animas circa Stygiam paludem palantes & vagabundas errare cum gemitu & mœrore triſtes, neque cymba Charontis excipi, vt ad quietem transfretarent, donec terra tumularentur eorum cadauera. vt apud Homerum legimus de Elpenore: & apud Vergil. 6. Æneid. de Palinuro, qui ad Acherontem Æneæ occurrens hæc cum gemitu exclamat:

Nec ripas datur horrendas nec rauca fluenta
Tranſportare prius, quàm ſedibus oſſa quieſcant.

Et paulo poſt ſubiicit,

Eripe me his,inuicte, malis, aut tu mihi terram
Iniice.

Homerus quoque Odyſſeæ 3. ait: Si Menelaus inueniſſet Ægyſtum in domo fratris Agamemnonis, corpus eius expoſuiſſet feris deuorandum, & canibus nocturnis: idque omni honore ſepulchri priuaſſet, tanquam ſummum malum, quod defunctis & inimicis inferri poteſt. Vnde apparet ſepulturam vltimum beneuolentiæ, ac pietatis eſſe officium, quod defunctis agnatis & amicis impendimus: quoque viuentibus acquiritur conſolatio, & deſiderium abſentium quoquo modo leuatur, & imminuitur. Monumenta etiam non paruum ad virtutem ſtimulum præbent. Nam cùm ſuperſtites animaduertunt, viris laude dignis, & de republica bene meritis ſepulchrales honores tribui & conferri, ad eaſdem virtutes ſequendas non mediocriter excitantur & compelluntur.

At cùm ſepeliendi mortuos apud omnes populos receptus ſemper fuerit mos: non vna eademque ratio apud omnes fuit vſitata. Æpyptii (qui in religione Deorum fuerunt ſuperſtitioſiſſimi) corpora ſuorum mortuorum poſt lotiones, exenterationes, & expurgationes ab omnibus excrementis & immunditiis, & iis omnibus quæ putrefactionem admittunt, ſi tenuioris eſſent conditionis, nitro ac ſale præparato totum corpus ſpargebant, ceraque tegebant,& ita ſepulchris mandabant. Qui verò erant locupletioris fortunæ, vt reges, principes & magnates, non ſolùm nitro lauabant, ſed integrum corpus opobalſamo linibant, quod apud eos copioſum creſcebat: & vſque ad hodiernum diem aliquot plantæ adhuc ſeruantur in hortis Sultani, in oppido Metanrea non procul à Memphi, quæ ſumma diligentia coluntur: & ſuccus qui ex arbuſculis ferro inciſis, diebus canicularibus deſtillat, ad Othomannum Imperatorem, tanquam theſaurus exquiſitus, Conſtantinopolim defertur. Hoc balſamo, precioſiſſimiſque aromatibus præparata corpora munda ſyndone inuoluebantur, & ſepulchris marmoreis tegebantur: quæ vſque ad noſtra tempora ſeruata ſunt; & eruta è ſepulchris in Europam deportantur, ad medicorum vſum, qui ea Mumiam vocant: diuerſa tamen ab inuicem, prout balſamo vel leuioribus aromatibus olim ſunt imbuta, ita alia aliis præſtant: neque ſolùm apud Ægyptios id vſitatum fuit, ſed etiam apud antiquos Italos hunc morem ſeruatum animaduerſum eſt, nempe Hetruſcos qui ex Ægypto in Italiam nauigantes regnum tenuerunt apud Tyrrhenos & Ligures. Memini me audiuiſſe à clariſſimo viro Iulio Roſcio S. Mariæ Tranſtyberinæ canonico Romæ, ſuo

tempore ad Arnum ex fluminis inundatione detectum fuisse sepulchrum, in quo inuentum est corpus humanum adhuc integrum & incorruptum: in cuius concauitate liber erat literis hieroglyphicis notatus, cū phiala aurea plena nescio quo liquore oleaginoso. Verisimile est charactares illos continuisse aliqua mysteria sacra ad salutem animæ defuncti conducentia. quemadmodum factitatum animaduertimus ab Ægyptiis, qui in concauitate thoracis mortuorum inserebant libros papyraceos, vel volumina corticum arborum, vel membranas characteribus hieroglyphicis plenas, cum imagunculis gypseis Canopi, Dei apud illos summa veneratione culti: quē proculdubio credebāt placatum & conciliatū sacrificiis reddi propitium animæ defuncti. Eiusmodi imagunculæ gypseæ cyaneo vernice desuper litæ seruantur multis in locis, in conclauibus principum: quales vidi olim duas Pisauri, vnam Rom. in conclauiæ Cardinalis Strozzæ, & alibi: adferuntur enim crebrò ad nos Alexandria à mercatoribus qui illic negotiantur. Superioribus annis Lusitani quidam mercatores ex Ægypto in Hispaniam nauigantes cum mercibus, quas ex Asia & Alexādria comportabāt, tempestate acti sunt ad littus Massiliensiū: qui quia essent Hispanicæ factionis, eorum naues à Præfecto vrbi retentæ sunt, & merces fisco regis adplicatæ. Mercatores, vt hanc iacturam auerterent, ad Henricum Galliæ regem huius nominis tertium sese contulerunt, suppliciter rogantes, vt liberi cum nauibus & mercibus dimitterētur: mercatores se esse dicebant, nihil hostiliter gessisse, ne cogitasse quidem, ventorum violentia se ad littus Gallicum compulsos, non voluntate, vtque munusculis leuioribus regis amicos & assessores sibi conciliarent, ducem potissimum Epernonium, qui præcipua autoritate valebat apud Regem, cui obtulerunt statuam Canopi elegantissimis characteribus hieroglyphicis circunquaq; insignitam. Eam ex Ægypto aduectam asserebant, & repertam in corpore Mumiaco magni precii quod à Prosultano ad Imperatorem Turcicum Constantinopolim missum erat. Statuam (quòd palmi longitudinem non excederet, & ex gypso fragili esset conflata) neglexit dux, militiæ potius quàm antiquitatum studiosus, eamque clarissimo viro Petro Lepido Metensi Regiorum negotiorum Procuratori (qui tunc fortè adstabat) dono dedit, Lepidus verò mihi. Atqui eius statuæ typum, Deo volente, inseram postremo libro mearum antiquitatum, qui continebit inscriptiones Gallicas, potissimùm Metenses.

Funerum igitur horum præcipuæ ceremoniæ consistebant in lotionibus, conditura, pompa funebri, pullis vestibus, & sepultura: quibus ritè exactis orationes funebres declamabantur in laudes defuncti, & expiationes obsequiarum pro anima, sacrificiaq; fiebant Plutoni Summano, & Diis Manibus animæ tutelaribus, Proserpinæque, qui omnes dii erant inferni animarum potentes. Potissimum Dii Manes officiosè placabantur, qui à principio natiuitatis tribuebantur à Deo Opt. Max. custodes animæ hominis recens nati, vt essent eius tutelares, & obseruatores omnium actionum per totam vitam, hortatoresque ad virtutem: post obitum autem animam comitabantur ad Inferos, & eam sistebant coram Iudicibus Minoe, Rhadamantho, & Æaco: quas pro ratione virtutum, vel peccatorum anteactorum in vita, seuerissimis pœnis puniebant, vel quieti æternæ adiudicabant, apud Elysios campos, ad quos mittebantur beatorum animę. Nam, vt paulò antè diximus, hæc omnia tam curiosè obseruabant, considerantes futuram corporis resurrectionē, quod simul cum anima potiturum est vita æterna. Ideo æquū esse videtur, vt reiectis omnibus abusibus, & superstitione, aliquid impendatur in sepultura mortuorū, quod semper & vbiq; à piis patribus obseruatum fuisse animaduertimus. Ethnici nullū modum in his obseruantes, hinc primam Idololatriæ desumpserunt originem. Ninus Assyriorum rex tertius, vt suis post mortē prouideret, ac eorū memoriam ad posteritatē extenderet, sepulchra Saturno Nembroto avo, patriq; Belo Ioui, Rheæ auiæ, & Iunoni matri splēdidissima struxit sepulchra, sacrificia instituit, & ea omnia quę ad pompas funerum pertinere videbantur: neq; his contentus, statuas, quæ mortuorū similitudinē referrent, publicè erexit, tēpla illis struxit, & diuinos honores, sacrificiaq; solemnia illis instituit: non tantùm propter memoriam defunctorum, sed vt aliquā consolationē adipiscerentur in dolore amissorū parentum, quorū præsentia, auxilio & tutela priuabantur post eorū mortē. Diophātus Lacedæmonius lib. 4. antiquitatū recitat apud Æpyptios fuisse Syrophanem Satrapā locupletissimū, qui filiū habuit vnicū successorem & hæredem futurum nominis & facultatū. Cuius morte tanto dolore & mœstitia cruciatus est, vt nihil omiserit intentatū, quod ad Iuuenis obsequias facere putaret. Mortui imaginem artificiosissimè elaboratam in mediis suæ domus penetralibus statuit, quā recentibus semper floribus redimibat, & aliis ornamentis sumptuosioribus. Eam deniq; iussit à suis domesticis coli & inuocari, & tanquā participē alicuius diuinitatis adorari: quiq; ex seruis aliquid admisisset, quod punitionē mereretur, si ad altare illius imaginis supplex confugisset, veniam consequebatur. Et hæc superstitio statim postea ad aliorum Principum sepulchra & imagines transiit: vt monet Clemens Alexandrinus in suo Protreptico: dū loquitur de sepulchro Acrisii, quod erat Larissæ. Et de Cecropis, quod videbatur apud Athenienses. Tanti, certè, apud omnes fiebat honos sepulturæ, vt infelicissimi semper iudicati sint, qui insepulti relinquerentur. Ideo lex antiqua iubebat eos sepultura remouendos, qui sibi manum intulissent. Qui sibi manum admouerit insepultus esto. Et Barbari omnes suorū sepulchra sacrosancta semper habuere: quod ab Epaminonda Thebano dici erat solitū, Mortem sacram animo

imper-

imperterrito subeundam esse, pro defensione patriæ, pro sepulchris maiorum, pro aris & focis. Inuiolabilia apud omnes iubebantur maiorum sepulchra. Leges duodecim tabularum hoc expressè continebant. VBI CORPVS DEMORTVI CONDAS LOCVS SACER ESTO. Quod etiam Cicero lib. 2. de legibus autoritate Pontificum sancitum fuisse testatur. De hac re lege Plinium lib. 2. cap. 66.

Primum sepulchrorum constitutorem, & funerum curatorē historiæ perhibent fuisse Samothem, qui apud Gallos regnauit, & DIS Pater vocatus est, & Summanus, quasi summus Manium: & Soranus à vocabulo σωρος quod est sepulchrū: de quo lege Plin. lib. 2. c. 54. & August. li. 4. de ciuitate Dei. Is parentationū, & funerum ceremonias inter suos instituit. Ideo potens animarum post obitum iudicatus est, diuinitatisq; particeps, & Inferorū rex, ad quos defunctorū animæ descendebant, cuius vxor Persephone fuit, siue Proserpina, quæ à Romanis Libitina vocabatur: in cuius templo vendebantur, vel locabantur quæcunq; ad funera pertinebant: & Libitinarii dicebantur Vespillones, & funerum curatores. Plutarchus quæstion. 23. Licet Libitina eadem crederetur cum Venere: quæ natiuitatis & mortis erat procuratrix & promotrix.

Ægyptiis mos erat, quoties Rex è vita decessisset, corpus mortui syndone inuolutum deferre ad Acherusam siue Stygem Paludem non procul à Memphi, vel vt testatur Seruius post Senecam, prope Sienem. Lacus enim erat limo crasso & nigro plenus, carectis & harundinibus circunquaq; septus, horridus & terribilis aspectu: in cuius medio assurgebat insula parua nomine Abatos. Cymba, qua eò traiiciebatur, secundum Herodotum vocabatur βάεις: secundū Græcos dicebatur ἐπιβάτεα: nauta verò qui corpora ducebat Charon. & naulum quod pro vectura soluebatur, δανάκη vel δανός. In illa insula conueniebant quadraginta iudices, ex integerrimis & incorruptissimis selecti, qui in hemicyclum sedentes defuncti corpus sibi proponi iubebant, & denudari; eiusque vitam exacta inquisitione examinantes, & ęqua trutina benè facta, vel peccata trutinantes, iudicabāt an sepulturæ dignum esset honore, vel contra. Quæ sententia non tantum ad reges, verùm etiam ad omnes alios pertinebat. Si dignum sepulchro pronunciarent, tum iudicebatur luctus publicus, per septuaginta duos dies, quibus vniuersus populus fractis vestibus, & luto fœdatis capitibus tristis sedebat: templa omnia claudebantur, sacra intermissa, & vacatio ac omni opere præcipiebatur: nemo interim thermis vtebatur, nemo balneis corpus immergebat: nemo vino, cibis coctis, vel quoquo modo præparatis vescebatur, nemo lecto decumbebat, vel rei venereæ vacabat. Hoc enim tempore corpus regis per Pollinctores tractabatur, & præparabantur omnia quæ ad exequias erant necessaria.

Modus condiendi corpora apud Ægyptios tribus potissimum modis fiebat, qui tamen omnes eò tendebant, vt defuncti corpus à putredine vindicaretur & integrū seruaretur. Corpus igitur post mortem exquisitis lauacris accuratè lauabant, & abluebant omnes sordes, si quæ contractæ essent ex morbo, vel alia ratione. Ea deinde munda committebantur Pollinctoribus, qui procurabant euiscerationes, euacuationes, & alia quæ à cadauere propter putredinem erant eximenda. Hi primum omnium præparatis ad hunc vsum instrumentis argenteis, vel aheneis, vel ferreis vncinis, & volsellis per narium cauitatem & meatus cerebrum extrahebant, vacuumque cranium replebant odoriferis & fragrantibus aromatibus. Postea cultello acutissimo, confecto ex lapide Æthiopico, ventrem inscindebant, & eximebant omnia intestina & viscera, prętcr cor & renes: diligentiq; lotione ex vino Phœniceo abluebant omnia interiora corporis, quæ replebant myrrha, cinamomo, casia, & aliis precioribus balsamis, odoribus, & liquoribus putredinem & corruptionem prohibentibus: excepto thure, quod quia ad sacra Deorum destinatum erat, non existimabant licitum esse, id applicare ad vsus funebres, vel etiam profanos. His peractis, cooperiebāt corpus totum gummi liquido cedri, & macerabant sale præparato: totaq; hæc condiendi cura producebatur per dies triginta, vel sexaginta, vel etiam 70. prout sumptus exquisitiores fiebant: & ad summum luctus septuogesimo die finiebatur. Demum cadauer fascia xylina oblonga, & lata dimidium pedem inuoluebatur à capite vsq; ad pedes: postea includebatur simulachro ligneo, quod defuncti formam exprimebat: feretroque impositum, vel lecto funebri, proponebatur ante sepulchrum cum scripto, quod omnia gesta mortui continebat: quæ quiuis obuius ex lege poterat taxare, impugnare, & accusare. Ex opposito stabant alii qui defunctū laudabant, & eius vitam recitabant coram sacerdotibus, qui præsentes aderant, arbitri & iudices eorum quæ proponebantur ab accusatoribus & defensoribus ita vt aliqui reges malæ conuersationis in vita conuicti, sepulchri honore post mortem priuati sint.

Eundem modum seruabant in sepeliendis mulieribus: quæ si è vita decessissent forma integra, & ætate iuuenili, essentque nobilium & locupletum vxores vel filiæ, earum corpora non committebant vespillonibus ante quartum vel quintum diem, cùm putrescere & fœtere inciperent. Propterea quod compertum esset Vespillones iis corporibus fuisse abusos ad turpitudinē: De his legendus est Herodotus in Euterpe: Diodorus Siculus lib. 2. cap. 5. & Plutarchus in Symposio Sapientum. Nonnunquam cum aromatibus immiscebant gemmas, monilia, & alia eiusmodi, quibus maximè vsi essent dum viuerent. Addebant etiam aliquando libros Magicos & Chimicos, aut qui continebant totam vitæ anteactę seriem: plerunq; characteres inserebant hiero-

roglyphicos corticibus cedri, vel papyro, vel intestinis animalium mandatos, vel sigilla metallica, clausa phialis crystallinis, aureis, argenteis, vel aheneis, vel etiam onychinis.

Plebeii eundem modum sepeliendi suos mortuos seruabant pro facultatibus vniuscuiusque: Nam corpora benè lota, & ab omnibus fecibus & excrementis expurgata nitro vel sale tegebant, & aromatibus minùs exquisitis & preciosis linibant, interdum melle, vel cera tegebant. Vnde fit vt Mumia illa, quæ ex Ægypto in Europam adfertur ad vsus Medicos, cũ nihil aliud sit, quàm cadauera defunctorũ condita, alia aliam longe superet dignitate & efficacia, prout balsami copia, & aromatibus preciosioribus constat. Non enim dignitas ex carnibus humanis censetur, sed ex aromatibus, quibus humana corpora tecta, & imbuta sunt. Vnde apparet ridendã esse ignorantiam eorum, qui hanc Mumiam dicant esse cadauera mortuorum, qui suffocantur in desertis, incursu arenarum mobilium, quas venti agitant & aceruatim accumulant, & coaggerant in illis solitudinibus aridis & siticulosis, imo non desunt hodie chirurgi qui ex patibulis membra suspensorum detrahant arida & sole torrefacta, quæ ad vsum suum sine magno fructu adplicant. Certum enim est corpora principum & magnatum, in quorum funeribus tam preciosa impensa sunt aromata, multo plus efficaciæ habere, quàm plebeiorum, in quibus condiendis nihil præter sal, mel, nitrum, vel ceram impensa sentiunt diligentes talium rerum & docti exploratores.

Iudæi eundem morem sepeliendi suos seruauerunt, sed minùs exquisitè. Nam, vt refert Strabo lib. 16. & Iosephus vltimo Genesis, corpora mortuotum lota priùs & expurgata tegebant bitumine & asphalte, quod nascitur in lacu Gomorrhæ. Iacobi Patriarchæ corpus hoc modo curauit Iosephus eius filius per dies quadraginta, lessum celebrante Ægypto per dies septuaginta.

Æthiopes, vt refert Diodorus, & Sextus Empiricus, suos mortuos in fluuios & mare demergebant, vt à piscibus deuorarentur: potissimùm Ichthyophagi.

Macrobii, teste Herodoto, corpora, defunctorum gypso tegebant, priùs tamen lento igne exsiccata: quæ postea feretro vitreo includebant, & per annum integrum videnda omnibus exponebant: iisque proponebantur edulia, & omne ciborum genus, quibus in vita fuissent delectati: exacto tandem anno ea sepulchro mandabant.

Scythas morẽ hunc habuisse refert Herodotus in Melpomene, vt quoties rex vel princeps moreretur, vna ex cõcubinis vel vxoribus, quã præter cæteras maritus adamasset, viua sepeliebatur cum mortuo splendidis ornata vestibus, & omni mundo muliebri: neq; id sine contentione fieri erat solitum inter vxores vel concubinas, decertantes inter se cõmemoratione beneficiorũ, & ostensione munerum, quæ à viuente acceperant amoris testimonia. Et hunc morem seruatum fuisse scriptores testantur, non ita pridem à Caicis Principibus orientalibus. Cum vxore simul sepeliebatur pincerna, coquus, stabularius, cubicularius, & cursor: qui soli in futura vita cum Principe habitare, & eadem beatitate fruisci credebantur. Anno exacto post sepulturam, quinquaginta selectissimos equos strangulabant, quibus totidem adolescentes imponebant: quos omnes affixos validis palis statuebant tumulo altiore, quo defuncti Caici corpus sepultum iacebat. Qui autem fortunæ essent tenuioris: corpora suorum mortuorum exenterata & præparata curru tecto circumuehebant, amicis & consanguineis sequentibus funus quibus opiparum adponebatur conuiuium: ac postquam omnes funebribus epulis essent saturati, tum demum corpus inhumabatur spectantibus omnibus.

Inde antequam ad decrepitam peruenissent ætatem, & morbis essent subiecti, incommodisque quibus anxium redditur senium, premerentur, suos maturè immolabant, & solennibus epulis post sacra peracta in partes corpora mactata conscindebant, & comedebant, viri viros, & fœminæ fœminas. Qui autem inter illos Philosophiam profitebatur, senex redditus publicè per præconem funebrem proclamari iubebat se paratum esse ab hoc imbecillo corporis ergastulo discedere, vt vita meliore frui posset: ideo rogabat omnes conuenire in destinatum locum, vbi structa ingenti pyra, multa præfatus de immortalitate animæ, lætus & hilaris se in ignem præcipitabat pręsente omni populo: quod spectante Alexandro magno factitatum esse legimus à quodam Calano Gymnosophista Indo: qui sine doloris vllo sensu viuus crematus est & sub Augusto Cæsare idem præstitit Athenis quidam Zarmanotegas, qui spectante tota ciuitate se igni consumendum vltro commisit.

Iberi Colchidis prope Trapezuntem, suos vulturibus deuorandos præbebant, & ossa humo tegebant, vt scribit Silius Italicus lib. 3. bellorum Punicorum. Iberos hos vocamus hodie Georgianos, vicini sunt Armeniis, Christianam sequentes religionem, sed Persæ Scacho militantes.

Nasamones in Libya vel mortuos in mare demergebant, vel sedentes arenis tegebant.

Hircani suos exponebant canibus sepulchralibus, qui ad hunc vsum publicè alebantur, hanc rationem adferentes, quòd ex omnibus animalibus quæ cum homine conuersantur, nullum est cane fidelius.

Græci, qui reliquas omnes nationes scientiarum cognitione, comitate & humanitate superarunt, suorum mortuorum corpora cremabant: & ossa quæ supererant collecta cum cineribus, vr-

bus, vrnis vel aliis vasibus inclusa conditoriis & sepulchris inserebant: existimantes id non abs re fieri: nam quod in nobis est diuinum, igneæ naturæ est, & ad altum tendit: ideo igne exceptum facilius ascendit ad cœlum, humi relicta parte sui crassiore, quæ terrenæ substantiæ conformis est, quod Lucretius hoc modo describit:

Cedit item retrò de terra quod fuit antè
In terras: & quod missum est ex ætheris oris,
Id rursum cœli fulgentia templa receptat.

Alii hac crematione quærebant in hoc mundo subtiliorem purgationem animarum, quæ submersæ sanguine & humoribus corporis, multum de sua perfectione amittunt. Ideo Heraclitus scripsit æquum esse vt hæc corpora, quę ex igne suum habent principium, in ignem resoluantur. Thales tamen Milesius censuit præstantiùs esse hominibus terra inhumari, vt citò resoluerentur in primam materiam, vnde suam habent originem. At constat comburendorum corporum post mortem consuetudinem fuisse antiquissimam: vt patet in iis Principibus qui ad Thebas cæsi sunt: quorum cadauera solemnibus ceremoniis & apparatu cremata sunt, excepto Capaneo, qui quia fulmine ictus fuisset à Ioue, propter insultationem blasphemam in Deum, tanquam execratio & anathema separatim datus est rogo, in quem Euadne vxor, maritum singulari amore prosecuta, preciosis, ornata vestibus & monilibus, insiliit, & se in ardentem pyram præcipitauit, vt mariti funus honoraret, quod execratum aliis videbatur. Certum tamen est Græcos quoque suos mortuos sepeliuisse integros: quæ institutio à Cecrope (qui Ægyptius fuit apud quos corpora comburere nefas erat) ortum duxit, Postea is mos inhumandi ad legislatores Solonem & Draconem transiit: qui legibus mandarunt terram coli debere, vbi mortuorum corpora sepelirentur: vt eius superficies non esset inutilis viuentibus, & interiora eius essent quasi piæ matris gremium, in quod reciperet filios quos procreasset.

Romani hunc morem non ita priscum habuerunt: Nam legimus Numam sub Ianiculo sepultum fuisse integro corpore. Et Ennius, de Scipione loquens, hoc illi scripsit Epitaphium:

Heic est ille situ', cui nemo ciui' nec hostis
Quivit pro factis reddere opera precium.

Et Æneas dicitur situs & sepultus ad ripam Numici, qui fluuius est Latii Ardeæ vicinus, in quo Æneas submersus fuerat. Licet apud Festum legamus ex Agathocle Æneam sepultum fuisse in Phrygia, in vrbe Berecynthia ad Nolum amnem, eiusque nepotem Romum in Italiam venisse, & Romam condidisse. Sed aliter sentiunt Vergilius, Titus Liuius, & alii omnes scriptores.

Mos autem comburendorum corporum cœpit bellis ciuilibus sub Sylla & Mario: quo tempore nullum sæuitiæ genus in hostes, & contrariam factionem omiserunt exacerbati ciues. Sylla ipse Dictator Marii defuncti, & ad Anienem sepulti corpus terra detrahi iussit, & eius ossa dispergi, vt inhumata iacerent. Ipse verò Sylla rerum potitus, & iam senex, mortique proximus, veritus ne illi post mortem idem contingeret, quod in Marium patrauerat, testamento mandauit, vt eius corpus post obitum in cinerem redigeretur. De quo ita Plinius lib. 7. cap. 54. Primus ex Patriciis Sylla cremari voluit, ne illi idem post mortem contingeret, quod in Marium commiserat: & reliqua. Titus Liuius tamen lib. 8. dum de Manlio Consule loquitur, qui filium capite truncari præcepit, quòd iniussu Imperatoris cum hoste manus conserere fuerat ausus, ait: Spoliis contectum iuuenis corpus, quantum militaribus studiis funus vllum concelebrari potest, structo extra vallum rogo cremari iussit: Et id cōtigit ante Syllæ mortem annis fere ducentis & septuaginta. Plutarchus in vita Numæ asserit regem testamento vetuisse, ne corpus eius post mortem combureretur: quod testatur comburendorum corporum morem communem fuisse tam apud Græcos, quàm apud Latinos: licet plurimi omnibus sæculis voluerint sepeliri integri, alii in cinererem redigi: quæ consuetudo à Sylla dictatore durauit vsque ad Antoninos. Macrobius qui sub Hadriano vixit, scribit suo tempore morem cremandorum cadauerum ex maiori parte exoleuisse, de qua crematione lege Vergilium Æneidos 6. in sepultura Miseni, vbi morem conficiendi rogi ita describit:

Nec minùs interea Misenum in littore Teucri
Flebant, & cineri ingrato suprema ferebant:
Principio pinguem tædis, & robore secto
Ingentem struxere pyram, cui frondibus atris
Intexunt latera, & ferales ante cupressos
Constituunt, decorantque super fulgentibus armis,
Pars calidos latices, & ahena vndantia flammis
Expediunt, corpusq; lauant frigentis, & vngunt:
Fit gemitus: tum membra toro defleta reponunt;
Purpureasque super vestes velamina nota
Coniiciunt: pars ingenti subiere feretro,

Tristi

Triste ministerium: & subiectam more parentum
Auersi tenuere facem: congesta cremantur
Thurea dona, dapes: fuso crateres oliuo:
Postquam collapsi cineres, & flamma quieuit,
Relliquias vino, & bibulam lauere fauillam
Ossaque lecta cado texit Corynæus aheno.

Apud Romanos hoc vsitatum legimus in iustis mortuorum. Cùm æger animam ageret, & morti proximus extremum duceret spiritum, aliquis ex consanguineis aut amicis os ori admouebat, vt postremum vitæ halitum exsugeret; postea manu admota molliter illi comprimebat oculos,& claudebat palpebras & labia, vt mortis horrorem mitigaret, & oris distortionem corrigeret. Plinius lib. 11. cap. 37. hoc ideo fieri scribit, quòd oculi in homine primi moriantur: Neque æquum esset in hoc horrendo conflictu mortis cum vita, oculos videre pauenda deformitate miserandos. Morientibus, ait, illos operire, rursumque in rogo illos patefacere Quiritium magno ritu sacrum est, vt neque ab homine supremum eos spectari fas sit, & cœlo non ostendi nefas. Mortuum cadauer post obitum pollinctoribus committebant, & libitinariis, qui id aqua calida diligentissimè abluebant, vnctumque pro vniuscuiusque facultatibus reseruabant vsque ad septimum diem: postque extremam acclamationem, aut rogo corpus imponebant,aut integrum sepeliebant. Vestimenta & tegumenta,quæ ad funera requirebantur in templo Libitinæ conducebantur, corpusque sepeliendum, si Plebeium esset, aut extremo supplicio affectum,Sandapila claudebatur, & à Sandapilariis & vespillonibus sub vesperam deferebatur ad sepulchrum cum funaliis,hoc est cum cereis,tædis,& facibus incensis. Corpus autem defuncti pura syndone amiciebatur & tegebatur,feretroque impositum efferebatur frequenti turba sequentium cognatorum, amicorum, aut eorum qui inuitati essent ad funus, præcedentibus tubis,si grandis esset natu, aut fistulis lugubrè modulantibus si defunctus esset ætate inuenili. Filii defuncti funus sequebantur velato capite attrati: mulieres verò lineis albisque vestibus amiciebantur,vt scribit Plutarchus quæstionum Romanarum 14. Tubæ peculiares his ceremoniis adhibebantur,quæ Sicinistæ vulgò vocabantur. Magnus facum incensarum numerus præcedebat & sequebatur corpus: præferebatur imago cerea,quæ faciem defuncti exprimebat. Corpus verò mortuum lecto decumbebat tanquam somno sopitum,velaminibus & linteis mundis contectum.Præcedebant Pontifices,Flamines,& reliqua sacerdotum turba. Præferebantur imagines maiorum defuncti,insignia,trophæa,coronæ, & reliqua ornamenta, quæ honorem funeris augere poterant. Proximus adstabat Archimimus, qui mortui gestus, mores, verbaque quantùm fieri poterat exprimebat. Postquam autem cadauer perlatum esset,in Campum Martium,aut in forum publicum,humi cùm lectulo deponebatur. Tunc aliquis ex agnatione suggestum ascendebat,vnde populo audiente habebat orationem funebrem,qua declarabat genus,virtutes defuncti,& merita in rempublicam,quicquid generosè,magnanimiter & fortiter egisset aut dixisset in vita. In hac pompa hymni decantabantur læti & canori, qui mortui laudes continebant. Alii subsequebantur qui flebili harmonia adstantibus lacrymas eliciebant & eiulatum: idque fiebat potissimùm à mulieribus, quæ funus comitabantur,vocabanturque Præficæ.Harum munus erat planctu & acclamationibus funebribus tristitiam mouere in animis sequentium. Et hæ post exactas omnes ceremonias altà voce exclamabant. I, LICET. hoc est absoluta sunt omnia, & iusta funeri reddita: Iam licet vnicuique domum reuerti. Tum aqua lustrali & ramo oliuæ
„ spargebant populum, & omnem turbam dimittebant, his verbis: Vale vale vale: nos te ordine
„ quo Natura permiserit sequemur. His peractis corpus integrum sepulchro imponebatur, vel cineres in vrnas congesti cum ossium reliquiis conditorio adplicabantur, plerumque cum multis rebus preciosioribus,quibus in vita homo fuerat delectatus, aliquando phialæ vitreæ continentes amicorum lacrymas sepulchro inserebantur, vel vascula alia cum libaminibus lactis & vini: interdum etiam lampades oleo plenæ cum reliquiis imponebantur.

In obsequiis Principum & Magnatum ludi gladiatorii exhibebantur, & duella: conuiuiaque opipara præparabantur cognatis & amicis: ad hæc fiebant viscerationes quæ erant donaria carnium distributa in populo.

Aliæ quoque funerum curationes fiebant apud Romanos: Vera funera dicebantur, quando mortuorum corpora ordine quem priùs descripsimus,aut cremabantur, aut sepeliebantur, lessum ducentibus agnatis & consanguineis, amicisque pullatis, reliquiæque cum cineribus vrnis insertæ claudebantur sepulchris: quibus imponebantur arulæ marmoreæ, vel columnæ, vel cippi,aut tabulæ,quibus inscribebantur epitaphia, & ad quæ quotannis coronæ ex floribus adplicabantur,vel vinum & liba sacrabantur, aut etiam victima cædebantur diis Manibus, ex qua epulum funebre fiebat cognationi & amicis.

Funera alia dicebantur Indicta vel Censoria, quæ denunciabantur per præcones Censorum iussu. Ea autem erant, quæ selectiore pompa,ceremoniis, & sumptu maiore fiebant: quæque permittebantur non cuilibet sed iis potissimùm qui potentia & autoritate inter suos præstabant,quique de republica erant benè meriti, vel qui maiorum gloria erant celebriores: dicebantur-

banturque sub ascia fieri, & sepulchra sub ascia dedicata, quæ legibus non permittebantur plebeiis, vel inferioris conditionis hominibus: ne heredum facultates imminuerentur, & vt superflui sumptus à ciuitate, & republica benè constituta remouerentur.

Translatiua funera erant Plebeiorum tantùm, & ea quibus nihil præter communem consuetudinem adplicabatur: sed tantùm corpore cremato, vel sepulto, sacrificium fiebat Diis Manibus: & epulum funebre celebrabatur ex cæsa victima inter cognatos & curatores funeris, qualia fere omnia vulgaria fiebant.

Imaginaria alia vocabantur, cum is, cuius efferebatur funus, in exteris ac remotis regionibus vita cassus erat: illius autem absentis funus per imagines celebrabatur, quæ faciem mortuorum præ se ferebant: & illi sepulchrum honorarium (quod Græci κενοτάφιον vocant) constituebatur: vt Suetonius in vita Claudii adnotat: dum de Druso eius patre loquitur. De hoc monumenti genere Vergilius tertio Æneidos scribit: vbi Andromaches mentionem facit, quæ Hectori priori marito parentat in Epiro, dum ex insperato illi occurrit sacrificanti Æneas ex Phrygia in Italiam nauigans.

Solemnes tum fortè dapes, & tristia dona
Libabat cineri Andromache, Manesque vocabat
Hectoreum ad tumulum, viridi quem cespite inanem
Et geminas, causam lacrymis, sacrauerat aras.

Loca interim quæ à Pontificibus designabantur ad sepulchra, duplicia erant, vel dicebantur Gentilia, quæ ad integram gentem, familiam, & consanguinitatem pertinebant, & in his sine differentia omnes mortui ex agnatione sepeliri poterant. Alia dicebantur familiaria, quæ tantùm vni familiæ propria erant, neque licebat cuiquam alii ex eadem gente sine peculiari dono in ea inferri. Erant & alia Hereditaria, quæ ad Heredes defunctorum, qualescunque esse possent, siue consanguinitatis Iure, siue testamento lecti, transibant. Alia erant, quorum vsum heredibus demebant peculiari inscriptione H. M. H. N. S. hoc est, hoc monumentum heredes non sequitur.

Sepulchrorum nomina diuersa leguntur apud autores. Dicuntur enim vel Sarcophagi, vel Sepulchra cum titulis, vel extra sortem, vel statuarum, vel militaria quę erant cippi vel columnulæ concauæ, in quibus cineres locabantur: Vnde & loculi vocabantur cauitates illæ sepulchrorum quæ continebant cineres cum ossibus & reliquiis cadaueris. Polyandria dicebantur à Græcis loca sepulturis destinata, quæ cœmiteria vulgò nominantur, quòd in iis iaceant & quiescant multorum corpora. Campum sanctum vocant Itali, Germani Gotsacker / hoc est agrum Dei, propterea quòd sacer sit & sanctus, ab vsu ad quem selectus est.

Tumbam Galli vocant lapidem sepulchralem, quem Græci τύμβον: à quo Tymbades veneficæ vocitantur, quæ frequentes sint circa mortuorum sepulchra, vt inde incantationibus & exorcismis Manes eliciant ad Magica præstigia.

Cryptæ & Hypogea sunt subterranea loca, in quibus corpora defunctorum sepeliuntur in templis vel cœmiteriis: qualia videntur plurima apud Gallos in sacellis nobilium: sunt enim cellulæ fornicatæ, in circuitu loculos dispositos habentes, in quibus corpora locantur. Conditorium appellat Iouianus Pontanus, quod est in eius sacello Neapoli: cui est inscriptum, AB HOC PONTANORVM CONDITORIO NE MAS NE FEMINA EX AGNATIONE ARCEATVR. In eiusmodi locis concameratis & subterraneis fiebant Alueoli siue alueola, loculi siue loculamenta, arcæ, solia, vrnæ, & ollæ, quæ fiebant ex coctili lapide, ex marmore, alabastro, metallo, ebore, iaspide, porphyro, vel alia aliqua materia preciosa, prout ferebant locupletum facultates.

Lectus vel lectulus, feretrum & Sandapila, & capulus dicebantur, quibus corpus demortui in funere efferebatur.

Suggrundia antiquis vocabantur sepulchra infantium, qui nondum attigerant diem quadragesimum.

Coragium erant exequiæ virginum.
Exequiæ pompa erant illa dum funus efferretur.
Reliquiæ dicebantur cineres & ossa mortuorum.
Conditum corpus erat cadauer mortui quoquo modo sepulti.

DE APOTHEOSI.

SATIS superque opinor, licet breuiter, superius ostendimus, qui mos fuerit antiquitus apud diuersos populos sepeliendi mortuos. Quorũ pars maior resurrectionẽ postremam expectantes, corpora defunctorũ ita præparabant, vt ab omni putrefactione vindicata, videbantur posse integra reseruari vsq; ad consummationẽ sæculorũ: quando iubente Deo Opt. Max. animæ suis corporibus restitutæ simul fruentur æterna beatitate. Cuius opinionis fuerunt Indi Gymnosophistæ,

phistæ, Chaldæi, Ægyptii, Græcique permulti:sed potissimũ Iudæi, qui hanc doctrinam acceperunt à piis patribus, successoribus Noe, Semi,& aliorum Patriarcharum, qui à Deo peculiariter edocti, scriptis tradiderunt hanc tam vtilem & salutarẽ doctrinã, & ad Christianos eiusdẽ fidei participes transmiserunt. Multi tamẽ apud antiquos corporis huius imbecilli corruptibiles exuvias contẽnentes,quod erat mortale & terrenũ humo restituerũt, de anima tantùm solliciti,quæ ad Dei similitudinem formata, post vitæ solutionem tanquam immortalis ad suum conditorem & principium reuertitur. Hinc factum est vt cremandorum corporum consuetudo apud omnes recepta sit:nempe vt per ignẽ purificatę animę,quicquid labis à terreno ergastulo(quo aliquãdiu clausæ,tanquam carceris custodia difficili fuerant) contraxisse videbantur, id resolutis in cinerem membris totum exuerent. At præter ea quæ in præcedentibus adnotauimus, alium Romani præcipuè modum obseruauerunt in sepultura suorum Principum: quos propter insignia per totam vitam gesta, & egregia in rempublicam merita, diuinitatis participes esse crediderunt. Ideo ceremoniis exquisitioribus, & magnificentioribus sumptibus eorum funera procurauerunt:& eos autoritate publica, vnanimoque omnium consensu inter Deos retulerunt,& Indigetes communi sententia vocauerunt. Hæc consecratio fiebat solemni apparatu:Congerebantur vndique donaria ex aromatibus, & preciosissimis odoribus, quæ ab amicis,consanguineis, magnatibus & opulentioribus Populi Romani ciuibus,imo ab externis regibus & Principibus, cæterisque populis Romano Imperio subiectis mittebantur: quæ simnl exstructo ad id altissimo tabernaculo ligneo diuersis peristromatibus purpureis clauatis,auroque distinctis circunsepto, & aliis ornamentis excellentioribus referto,plenoque siccis fomitibus, vnguentis,tædis, & alia materia arida, quæ facilè ignem conciperet, in vnum congerebantur: In hæc iniectæ flammæ, subitò rogum ingentem & odoriferam pyram excitabant, qua absumebatur corpus defuncti Principis,spectante Senatu totoq; Populo, faustis acclamationibus, & hymnis sacris celebrante nomen mortui. Cumque flammæ in altum exsurgerent,dimittebatur ex superiore tabernaculi constagnatione aquila, quæ simul cum fumo in altum eleuata, credebatur animam defuncti in cœlum deportare: vbi cum Ioue & superis recepta diuinitatem induisse putabatur: ac desuper in terras despiciens necessitatibus mortalium consulere & opitulari. Tum mactatis solemniter victimis per Flamines sacros,& sacerdotes ad sacra hæc destinatos, numen noui Dei incipiebat inuocari. Hunc consecrationis morem Romani mutuasse videntur à Græcis,qui suos quoque Principes & Heroas consecratos inter Deos publicis ceremoniis referebant: diuinos illis honores tribuentes,templaque,quæ Heroa appellabant illis statuentes. Et hanc consecrationem dicebant ἀποθέωσιν. De qua A. Prudentius in Augusto Cæsare:

Hunc morem veterum docili iam ætate secuta
Posteritas, mensa atque adytis, & Flamine, & aris
Augustum coluit, vitulo placauit, & agno.
Strata ad puluinar iacuit, responsa reposcit;
Testantur tituli, produnt consulta Senatus,
Cæsareum Iouis ad speciem statuentia templum.

Hæc quia diffusè ac distinctè describuntur ab Herodiano lib. 4. c. 2. in Apotheosi Septimij Seueri, placuit auctoris verba hæc inserere, ad Lectoris delectationem. Mos, inquit, est Romanis consecrare Imperatores, qui superstitibus filiis, vel successoribus moriuntur. Quique eo sunt honore affecti, relati dicuntur inter Deos. Est autem tota vrbe quasi luctus quidam festæ celebritati promiscuus. Quippe vita functum corpus ritu hominum superstitioso funere sepeliunt. Sed certam imaginem defuncto quàm simillimam fingunt, eamque in Regiæ vestibulo proponunt supra eburneum lectum maximum atque sublimem, vestibus in stratum aureis. Et quidem imago illa ad ægroti speciem pallida recumbit. Circa lectum verò vtrinque magnam partem diei sedent, à læua quidem Senatus omnis vestibus atris amictus: à dextera verò matronæ, quas virorum aut parentum dignitas honestat. Harumque nulla vel aurum gestans, vel ornata monilibus conspicitur; sed vestibus albis exilibus indutæ, mœrentium speciem præbent. Hæc ita per septem dies continuos faciunt, Medicis ad lectum quotidie accedentibus, inspectumque velut ægrum deteriùs se habere subinde pronunciantibus. Dein vbi iam visus obiisse diem, lectum humeris attollunt Equestris Senatoriique ordinis nobilissimi ac lectissimi Iuuenes: perque viam sacram ad vetus forum deferunt, vbi Magistratus Romani deponere imperium consueuerant. Vtrinque autem gradus quidam sunt ad scalarum similitudinem constructi: in quibus altera ex parte puerorum chorus est, è nobilissimis atque Patriciis: altera feminarum illustrium, hymnos in defunctum pæanasque canentium, verendo ac lamentabili carmine modulatos. Quibus peractis, tollunt iterum lectum, atque extra vrbem perferunt in Martium campum: vbi quà latissimè Campus patet, suggestus quidam specie quadrangula lateribus æquis assurgit, nulla prærerquàm lignorum ingentium materia compactus in tabernaculi formam. Id quidem interiùs totum est aridis fomitibus oppletum: extra autem intextis auro stragulis, atq; eboreis signis, variisque picturis exornatum. Supra verò alterum minusculum quidem positum est, sed forma & ornatu persimile, portis ianuisque patentibus. Tertiumque item, & quartum semper inferiore contra-

contractius:ac deinceps alia,donec ad extremum, quod est omnium breuissimum, perueniatur.
Possis eius ædificii formam comparare turribus his,quæ portubus imminentes, noctu igne prælato naues in tutas stationes dirigunt. Pharos vulgò appellant. Igitur lecto in secundum tabernaculum sublato,aromata & suffimenta omnis generis, fructus, herbasque, succosque omnes odoratos conquirunt,atque aceruatim effundunt. Quippe neque gens est, neque ciuitas, neque qui honore vllo,aut dignitate præcellat,quin certatim pro se quisque suprema illa munera Principis honori deferant. Vbi verò ingens aromatum aceruus aggestus est, ac locus omnis expletus,tum circa ædificium illud adequitant vniuersi equestris ordinis certa quadam lege ac recursu,motuque Pyrrhichio,numeroque in orbem recurrentibus. Currus item circumaguntur incessi purpuratis rectoribus, qui personas ferant Ducum omnium Romanorum, Principumque illustrium. Quæ vbi celebrata sunt, facem capit Imperii successor,eamque tabernaculo admouet. Tum cæteri omnes vndique ignem subiiciunt:cunctaque illicò fomitibus illis aridis,odoramentisque referta, igni valido corripiuntur. Mox ab extremo, minimoque tabernaculo, tanquam è fastigio quodam, simul cum subiecto igni aquila dimittitur, quæ in cœlum creditur ipsam Principis animam deferre. At iam ex illo vna cum cæteris Numinibus Imperator colitur. Hactenus Herodianus. Forma eiusmodi tabernaculorum videtur expressa in numinis aureis Antonini Pii, & M. Aurelii. Aquilæ verò deportantis ad Superos animam Principis defuncti figura cernitur in numismate Marci Aurelii Antonini aheneo: Et Faustinæ vbi pro aquila pauo sculptus est: nimirum innuebant Augustæ animam Prouidentia Iunonis (cuius ales pauus est) ad cœlestes deportatam: Neque defuerunt adulatores qui Augusti animam se vidisse asseuerarent rogo funebri superuolitasse, tandem aquilæ insedisse, & in altum euolasse. Eius Apotheosim his verbis describit Dion Nicæus, in Augusto sub finem. Postquam eiusmodi præcepta recitata sunt, funus effertur. Erat lectus ex ebore & auro factus, stratus atque ornatus peripetasmatis purpureis, atque auro intextis: subter quæ tanquam in feretro corpus eius iacebat occultum. Ante omnia statua cerea vestitu triumphali videbatur, eaque ferebatur ex Palatio ab iis qui erant in sequēti anno Magistratus futuri. Deinde ex Curia altera aurea, Tertia curru triumphali vehebatur: subsequebanturque statuæ Maiorum ipsius, atque propinquorum, qui è vita discesserant, aut tantum Cæsare excepto: propterea quòd esset in numerum Heroum relatus. Ferebantur deinde statuæ Ciuium Romanorum, quicunque Principatum vnquam tenuerant, capto ab ipso Romulo exordio. Sed & quædam Pompeii Magni statua ferri visa est. Aderant etiam omnes Prouinciæ pictæ,atque nationes,quæ partæ ab eo fuerant, & deuictæ. Post hæc lectus sistitur in Rostris,vbi solebat haberi concio. De quo loco vbi Drusus legisset nonnulla,Tiberius Augustum pro Rostris,quæ Iulia nominantur, apud Populum decreto Senatus laudauit. Tum qui lectum antea ferebant,eundem tulerunt porta triumphali,vt Senatus decreuerat. Aderat autem Senatus præsens,mortuumque pariter efferebat. Aderant quoque omnes equestris ordinis,eorumque vxores. Intererant Prætoriani milites, cæterique omnes fere,qui tum in vrbe erant. Cùm esset impositus in rogum extructum in Campo Martio,eum primò cuncti Sacerdotes circumeunt,deinde Equites,post ii qui Magistratu fungebantur: postremò cæteri milites,qui erant in præsidiis Vrbis,concurrunt; præmiaque victoriæ, quæ acceperant ob præclara facinora,dum in eius exercitu militarent,in eum coniiciunt. Rogum centuriones postea admotis facibus incendunt. Is comburitur. Mox aquila ex rogo demissa,quasi animam Augusti in cœlum ferret,euolauit. Peractis his rebus omnibus, cæteri abeunt. Liuia in eodem loco cum primariis equitibus mansit dies quinque,ossaque eius collegit, & sepeliuit: viri in luctu fuerunt perpaucos dies,vt erat consuetudo. Matronæ eum decreto Senatus annum luxerunt. Ex his apparet quantum fuerit antiquitus circa funera studium, quanta cura & sedulitate, quantisque sumptibus omnia impenderint, quæ ad honorem mortuorum facere videbantur, & eorum memoriam poterant ad posteritatem propagare.

Romani sua sepulchra circa vias regias vt plurimùm constituebant, addis tumulis & aris, quibus mortuorum corpora tegebantur: Et hæc ornabant aliquando insignibus marmoreis, obeliscis, terminis, columnis, cippis, & pyramidibus prout ferebant vniuscuiusque facultates. Extra pomœria tamen erigebantur hæc sepulchra: exceptis Regibus, Vestalibus virginibus, & Imperatore,qui triumphum erat adeptus.Iis peculiari priuilegio concedebatur in Vrbe sepeliri, postquam eorum corpora extra vrbem fuissent cremata.

Sepulchrorum forma diuersa fuit, pro vniuscuiusque voluntate, aut facultatibus, proque inuentione artificum, qui marmoribus inscidebant diuersa emblemata, signa Deorum, animalia diuersa, aquilas, Sphinges, arbores, & alia eiusmodi quibus conceptum mentis suæ exprimebant. Plerunque etiam exsculpebant statuas defunctorum vel nudas, vel vestibus amictas, vel integras,aut pectore tenus: cuiusmodi plurima videre potest Lector, tam in hoc secundo volumine, quàm in priori iam edito.

Ex sepulchris quæ hodie extant omnium sumptuosissimum iudicari debet id quod ad portam S. Pauli propè montem testaceum circo Olympico Romæ: Pyramis enim est ex puro marmore candidissimo: quæ vt inscriptio indicat, C.Cestii septemuiri Epulonum fuit Sepul-

crum: opus absolutum CXXX. diebus. Quidam existimant non solum Cestii cineres in eo monumento reconditos fuisse, sed locum fuisse communem toti Epulonum collegio. Erant enim Epulones sacerdotes constituti à Pontificibus ad præparandas Epulas sacras & conuiuia, quæ celebrabantur in ludis exhibitis numinibus Deorum. Eorum enim munus erat cœnas illas Pontificum proclamare & opiparè condire, maximè in Epulo Iouis. Quotiescunque autem aliquid omissum animaduertebant in his feriis & solennitatibus: id ad Pontifices referebant, vt eorum consilio & animaduersione quicquid omissum esset, aut deprauatè factum in sacrificiis aut ceremoniis religionis, id emendaretur, corrigeretur, & reduceretur in integrum. Græci hos Epulones vocabant φέξτωρας: genus hominum circa cupedias & condimenta magis occupatum, quàm circa rem diuinam. Nihil enim tractabant præter cibos, comminiscentes quicquid ad benè curandam cuticulam faceret: parasiti, coqui, & lurcones.

Est & aliud sumptuosissimum sepulchrum ad viam Appiam prope circum siue Hippodromum Caracallæ, quod forma rotunda instar turris amplissimæ structum est ex candido marmore: dedicatum Cæciliæ Metellæ vxori Crassi; in cuius circuitu sculpta sunt boum capita diuersa, cum patinis sacrificiorum: & ea turris vocatur Capo di Boue. Sed de his pauca diximus superiore libro; sicut & de Mausoleo Augusti Cæsaris, de Mole Hadriani, de Septizonio Seueri, & aliis. Columnæ item illæ cochlides Traiani & Antonini Pii, quæ adhuc Romæ erecta sunt integræ, pro sepulchrorum ornamentis habitæ sunt. Nam in superiore earum parte seruabantur Imperatorum cineres, ad quos ascensus patebat per gradus: de his duabus columnis tractauimus in nostra Topographia Vrbis Romæ. De Mausoleo Augusti ruinæ tantum restant ad Portam Flumentanam prope templum S. Rochi: cuius structura erat ex latericiis rhombis, opere reticulato: pars exterior tecta erat marmore Pario condido: constagnationes quatuor videbantur, in quibus arbores frequentes erant plantatæ, quæ sua vmbra locum reddebant amœniorem. Totumque hoc ædificium altum fuit pedes CCCLXXV. continebat in medio sui aream, quæ in diametro habuit pedes CCLXV. Ab eius parte posteriore lucus erat densus & opacus, cum porticu siue deambulacris: in Mausolei summitate erecta fuit Augusti statua colossæa ahenea & auro perfusa, de his omnibus nihil restat præter ruinas, & duos obeliscos ex Thebaico siue ophite marmore, qui humi iacent fracti.

Quod ad obeliscum illum Vaticanum attinet, factum ex ophite orientali durissimo, qui
1586. præter basim longus est pedes $107\frac{1}{2}$. in parte inferiore latus ped. 12. min. 5. In summitate verò latus ped. 8. min. 5. Is situs erat in circo Caij & Neronis. Sed iubente Xixto sexto Pontifice Maximo moles illa ingens lapidea ad templum Vaticanum posita suo loco dimota est, opera Dominici Fontanæ Nouo comensis Architecti nostra ætate ingeniosissimi, qui constructis ad id opus admirandis machinis obeliscum illum ponderantem libras 956148. è basi sua sustulit, & humi illæsum summo omnium miraculo strauit, iterumque erectum transtulit in aream Vaticanam ante Pontificis palatium, & in nouam erexit basim, ex eius parte suprema sublatus est globus ille aheneus deauratus, qui superioribus sæculis falsò creditus est C. Iulij Cæsaris cineres continuisse: sed id experientia docuit falsum fuisse, nam in eo nihil fere pulueris repertum est, præterquàm pauxillum, quod successu temporis ab annis plusquàm mille & quingentis contractum fuerat. Neq; vllus inuenitur historiographus, qui vnquã scripto tradiderit obeliscos olim erectos fuisse, vt sustinerent vrnas vel cineres regum aut Principum, sed ad ornamenta sepulchrorum illustriorum adplicabantur, aut in circis, vel deorum templis: erantque Soli sacrati Plin. lib. 37. cap. 8. scribit Mithrem Ægyptiorum regem qui Heliopoli regnauit, primum obeliscum posuisse somnio monitum, quem Soli sacrum esse voluit. Hunc alii reges posteri sunt imitati maximisque laboribus & sumptibus alios excidi iusserunt, quos publicè statuerunt. Sochis enim quatuor numero erexit, quadragenorum & octonum cubitorum longitudine. Ramises (sub quo Ilium captum est) alium posuit quadraginta cubitorum, itemque secundum longitudine vndecenis pedibus, per latera cubitis quatuor. Et capite sequente addit Plinius, obeliscum Thebaicum perfectum fuisse opera viginti millium hominum: quem dum rex subrecturus esset, verereturq; ne machinæ ponderi non sufficerent, quò maius periculum curæ artificum denunciaret, filium suum adligauit cacumini: vt salus eius apud molientes prodesset lapidi. Alios duos erexerunt Smarres & Eraphius sine notis, quadragenum octonum cubitorum. Ptolomæus Philadelphus vnum posuit Alexandriæ octoginta cubitorum, quem Nectabis rex exciderat. Alexandriæ quoque alii duo fuerunt in portu ad Cæsaris templum quadragenum duum cubitorum, quos excidit rex Mesphees. Sed magnus ille obeliscus, quem Augustus in circo maximo erigi iussit, factus erat à rege Senneserto, centum & viginti pedum & dodrantis, præter basim ex eodem lapide confectam. Qui autem fuit in Campo martio ab eodem Augusto positus, quique adhuc hodie videtur in cellis subterraneis domorum prope Doganam veterem, fuit nouem pedum superiore minor, à Sesostri de rege excisus: inscripti ambo literis hieroglyphicis, rerum naturæ interpretationem Ægyptiorum opera Philosophiæ continent: At hic postremus in Campo Martio positus est ad deprehendendas Solis vmbras, dierumque ac noctium magnitudines, strato lapide ad obelisci magnitudinem. Cui Manlius Mathematicus in apice pilam auream addidit: cuius vertice

vmbra

vmbra colligeretur in semetipsam, alia atque incrementa iaculante apice. Hinc obeliscorum vsum cognoscimus non ad sustinendos cineres mortuorum fuisse inuentum, sed ad ornamenta locorum publicorum, monumentorumque: fuisseque propriè Soli sacros, ideo factos in speciem radii Solaris.

De Sepulchrorum autem magnificentia decertarunt Ægyptii reges cum omnibus totius orbis Principibus, vt tradit Herodotus in Euterpe. Cuius rei testimonium illustre perhibent insanæ illæ Pyramidum moles, quæ adhuc hodie spectantium miraculo in Ægypto, monte saxeo erectæ, distantes à Memphi sex millibus passuum, à Nilo verò quatuor millibus. Pyramidum maximam Chemmis regis sepulchrum trecenta & sexaginta hominum millia annis viginti construxisse produntur. Tres reliquæ factæ sunt annis septuaginta octo, & mensibus quatuor. Quidam scripserunt in constructione tanti operis, in cepas, alia, raphanosque mille & octingenta talenta fuisse erogata de iis fusiùs primo libro tractauimus, deque earum altitudine & latitudine.

Ante has pyramides Plinius cap. 12. lib. 36. dicit esse Sphingem ex saxo naturali elaboratam & lubricam: cuius capitis ambitus per frontem centum & duos pedes colligit: longitudo est pedum CXLIII. altitudo à ventre ad summum apicem in capite LXII. Sub hac Sphinge corpus Amasis regis situm credunt.

Quin & Labyrinthum in Ægypto fuisse à Petesuco siue Tithoe rege inchoatum, & ab aliis regibus auctum, nouissimeque à Psammetichi perfectum ferunt. Demoteles regiam fuisse Monetrudis dicit. Lycias sepulchrum Mœridis: Alii sacrum Soli asserunt. Cuius structuræ magnificentiam Plinius fatetur, non posse describi, cum sit in regiones atque præfecturas (quas vocant Nomos) sedecim diuisa: nominibus earundem totidem vastis domibus attributis. Præterea templa omnium Ægypti deorum contineat: superque Nemeses quindecim ædiculis incluserit, pyramides complures quadragenarum vlnarum senos radice muros obtinentes. Fessi iam eundo perueniunt ad viarum illum inexplicabilem errorem. Quin & cœnacula priùs excelsa, porticusque ascenduntur nonagenis gradibus omnes. Intus columnæ de porphyrite lapide, Deorum simulacra, regum statuæ, monstrificæ effigies. Quarundam autem domorum talis est situs, vt adaperientibus fores tonitruum intus terribile existat. Maiore autem in parte transitus est per tenebras: aliæque rursus extra murum Labyrinthi ædificiorum moles, pteron appellant. Inde aliæ perfossis cuniculis subterraneæ domus. Ad huius similitudinem Dædalus Atheniensis alium Labyrinthum extruxit in Creta: sed centesimam tantum portionem eius imitatus est, quæ itinerum ambages, occursusque & recursus inexplicabiles continet, non breui lacinia millia passuum plura ambulationis continentem, sed crebris foribus inditis, ad fallendos occursus, redeundumque in errores eosdem. Huius hodie nullæ supersunt reliquiæ. Tertius in Lemno fuit olim Labyrinthus Cretici similis, columnis tantum centum & quadraginta mirabilior: quarum in officina turbines ita librati pependerunt, vt puero circumagente tornarentur. Architecti illum fecere Smilus & Rholus, & Theodorus indigena. Quartum in Italia sibi extruxit ad oppidum Clusium Porsena rex Hetruriæ sepulchri causa lapide quadrato: singula latera pedum lata tricenûm, alta quinquagenûm. Inque basi quadrata intus Labyrinthium inextricabilem: quò si quis improperet sine glomere lini, exitum inuenire nequeat. Supra id quadratum Strabo scripsit pyramides erectas fuisse quinque, quatuor in angulis, in medio vna: in imo latæ pedum septuagenûm quinûm, altæ centum quinquagenum: ita fastigiatæ vt in summo orbis æneus, & petasus vnus omnibus sit impositus, ex quo pendeant excepta catenis tintinnabula, quæ vento agitata, longè sonitus referant, vt Dodone olim factum Supra quem orbem quatuor pyramides insuper singulæ extant pedum centenûm. Supra quas vno solo quinque pyramides: quarum altitudinem Varronem puduit adiicere. Insanum hoc opus extruxit rex Hetruscus, vt externorum regum vanitas ab Italis superaretur.

Sed omnium magnificentissimum fuit illud sepulchrum Simandiis regis Ægyptiorum: quod forma fuit quadrata, & ad omnia latera æquali. Eius vnaquæque facies habebat trecentos passus Geometricos: quorum singuli continent pedes quinque, circuitus igitur erat mille & ducentorum pedum. Introitus in id tam vastum ædificium patebat amplius: Erat enim latus pedes quadringentos, altus sexaginta septem. Postquam in interiorem ambitum peruentum esset, statim occurrebat peristylium exquisitissimis columnis, & marmoribus constructum, quod interiorem aream circuibat latam vndique pedes octingentos. Columnæ signis diuersorum animalium variegatæ erant, altæ pedes viginti quatuor. Fornix autem superior constructa erat ex immanibus lapidibus, incrustata vermiculato opere (quod Mosaicum vocamus) ex auro & cyaneis lapidibus distincto diuersis asteriscis. E regione primi ostii aliud ex opposito videbatur: ad cuius introitum tres statuæ colosseæ erant erectæ. Memnonis opus admirandum: quarum media erat altissima, duæ ad latera minores, sed quæ naturalem altitudinem longè superabant. In fronte huius ædificii maiusculis literis scriptum legebatur. SCIRE QVI SIM CVPIS? EGO SVM SIMANDIVS REX REGVM: AT QVANTVS QVALISQ. FVERIM SI AVES COGNOSSE, QVOQ. LOCO CONDITVS, MINIMVM EX HIS QVÆ SVSPICIS OPVS PERFICE, ET SVPERA. Paulò vlteriùs alia statua muliebris capite tiara velato, alta pedes

 triginta:

triginta: quæ regis filia mater & vxor fuerat. Subſequebatur aliud Periſtylium minus quidem priore, ſed luculentius magnificentiuſque: in cuius ambitu ſculptæ erant victoriæ triumphique magnis regis contra Bactrianos. In medio duæ ſtatuæ coloſſeæ videbantur erectæ, totumque id ædificium precioſiſſimis columnis fulciebatur: atque in ambitu ordine iucundo diſpoſitæ erant infinitæ imagines ex cedro & cupreſſo: quæ facies repræſentabant Principum, & eorum qui in adminiſtratione legum & Politiæ fuerant verſati. In receſſu ſecretiore imago Regis erat Deis cœleſtibus dona offerentis ex tributis, quæ illi conferebantur à diuerſis prouinciis & populis bello deuictis, & ſuæ dominationi ſubiectis. Proxima viſebatur bibliotheca locuples & omnis generis ſcriptorum refertiſſima: ſuper cuius ingreſſum hæc legebantur. VERA HVMANI ANIMI MEDICINA. Circunquaque Deorum Ægyptiorum pulchra ſerie imagines collocatæ erant. Paulo vlterius attollebatur ædificium ſumptuoſiſſimum: in quo viginti lectuli ad diſcumbendum diſpoſiti erant, ſacri Ioui & Iunoni. Eoque in loco corpus regis erat ſepultum: monumentum quo clauſum erat circulo aureo circundabatur, qui altus erat pedem ſemis: & in circunferentia continebat trecentos & ſexaginta quinque cubitos, in quo ſculpta videbantur aſtra omnia artificio ſingulari: is multis annis intactus ſeruatus eſt, donec in aduentu Cambyſis (qui omnia loca ſacra profanaque polluit & diripuit, crudelibuſque incendiis immaniter abſumpſit) hunc circulum cum aliis donariis diripuit.

Sed de his ſumptuoſis monumentorum ſtructuris ſatis ſuperque dictum eſt: ſupereſt vt pauca adiiciamus, quæ ad Epitaphia pertinent: quorum numerus ferè eſt infinitus, tam in Gallia quam in Italia maximè Romæ: nam in hoc ſcriptionis genere Romani Græcos longè ſuperarunt. Ex quibus plurima lectu digniſſima lectori præbet hic liber, & qui priore prelo editus eſt. vnum tamen hîc addam quod mihi communicatum eſt olim à doctiſſimo viro Claudio Coladonio Bituricenſi; quodque ſuperioribus annis inuentum eſt in Gallia ad Soliacum oppidum Lemouicenſium; id tale eſt.

FLAGI-

FLAGITIVM MAXIMVM VIATORES
SCIRE SI VOLTIS HEIC SISTITE GRESSVM.
AC PRIMVM M. LVCIVS ET SARDICA HOC MARMORE CLAVDIMVR MISERI AMANTES.

QVI ET VNDE PROFECTI QVANDO HIC MEVS NON VOLT FAXO SCIERITIS. MIHI AFRICA HVIC ROMA PATRIA, CVIVS IN AMOREM IN LECTA VRENTVR [O SI NON FVISSEM] DVM IVVENEM ROMAM CVM VICTORE EXERCITV SEQVOR REDEVNTEM TEMPESTATE ACTI SÆVA IN PIRATAS INCIDIMVS HEI MISELLE VÆNIMVS AMBO NEGOTIATORI QVOIDAM: EGO GALLO QVI MENOVIOMAGVM TRANSTVLIT: HIC NAVCLERO LVSITANO REMEX VT FVAT. QVO MINISTERIO! AH SCELVS! VNDECIM ANNOS APVD HOS ILLOSQVE FVNCTVS DVM PER MANVS [CEDO LVCI, SICCINE EST] DVM IN QVAM PER MANVS TRADITVS MVLTIS IN OBSEQVIVM CEDIT MISERRIME RVPTVS DEMVM........NOCTE CONCVBIA ASSVLA CLAM EXIT IN LITTVS: TANTISPER PER SALTVS ET SYLVAS LIBER DONEC VAGVM IN VIA LATRONES CAPIVNT: A QVEIS POST DIVTINÆ LATROCINALIS SERVITVTIS LABORES EX ANTHLATOS HERI MEI FILIO VEH DISTRAHITVR PER ORAM DALMATIÆ FORTE TVNC NAVIGANTI. EI FILIO CONIVX A PATRE DESTINABAR. QVOI REVERSO IPSA [VT FIT] OCCVRRENS BASIOLVM IMPRESSVRA: A TAT! LVCIOLVM MEVM PONE CVM SARCINVLIS SEQVENTEM INTVEOR, HÆREO COGITABVNDA SICVBI HOMONEM NORAM [ERAT ENIM VVLTV SQVALIDO CONTRACTOQVE MACIE] O DILECTAM MI QVONDAM FACIEM! MINIMO MINVS IN HVMVM LÆTITIA CONCIDI EXANIMIS. ATQVI RETINERE LABENTEM FESTINANS CORCVLVM IN FIT MEVM. PAPE! QVÆ MOMENTO TVNC ADMIRATIO OMNIBVS! IVSSA AB HERO CVNCTARE TEXO ORDINE ANNORVM NOSTRORVM. EVAX, O PLAVDITE. MISERETVR HERVS. ET MEVM LVCIOLVM VOLT PATREM MI FAMILIAS DARIER. NVPTIIS DICTVS EST DIES. ADVORTITE. DVM ACCVMBITVR, PVERE PROXVMA VICINIA ARVNDINE [QVA IN ADIACENDIS HORTVLI ARBORE CONCIDENTEM AVEM IN DIPISCERETVR] PER FENESTRAM INTRORSVM ARCV AD ACTA MALE DESTINATO ICTV [PROH DOLOR] MIHI EST MISELLO HVIC [EHODVM LVCI ADESTO NARRANTI] LACRVMÆ VERBA SORBILLANT] NOBIS IN ALTERIVS CONSPECTV VTROQVE CONVIVANTI VITAM PECTORIBVS TRANSFIXIS AVFERT.

HOC PVTO ME VOBIS SARDICA
VOLEBAT FARIER. ABITE.

At cùm heic Epitaphiorum fiat mentio, placet hoc loco quadam adscribere, quæ lectori, opinor, neutiquam displicebunt.

Romæ ad Pontem Iudæorum.

HOSPES QVOD DEICO PAVLVLVM EST.
ASTA ET PELLEGE.
HEIC EST SEPVLCHRVM HAVD PVLCHRVM
PVLCHRALI FOEMINÆ.

NOMEN PARENTEIS NOMINARVNT CLAVDIAM.
SVON MARITVM CORDE DILEXIT SOVO.
GNATOS DVOS GREAVIT.
HORVNC ALTERVM IN TERRA LINQVIT.
ALTERVM SVB TERRA LOCAT.
SERMONE LEPIDO TVM AVTEM
INCESSV COMMODO.
DOMVM SERVAVIT. LANAM FECIT.
DIXI, ABEI.

Metis Mediomatricum: apud C. V.

Petrum Lepidum Procuratorem Regium.

AVL. SEMPR. ASPERNATI
FLAMINI DIALI
CONIVGI OPTVMO
BENEMERENTI
HECALE FLAMINICA
P. C.
BIX. ANN. XXCI.
M. IV. D. VII.
ET IVLIO MODESTINO
LEIB. B. M.
ET SIBI ET SOVEIS

ÆMILIÆ SYR.
ADI. VIX ANN. LII.
M. IV. D. IIX.
VETVRIA PRIMIGE-
NIA MAMMÆ PIEN-
TISSIMÆ P.

In domo N. V. Claud. Antonij Clereuantij hæc duo saxa videntur.

L. POPLIO APOLLINARI
VERNÆ SVO B. M.
ET IVL. FESTO LEIB.
QVIBVS IVS
OLLARVM DVVM
A PATRONO
CONCESSVM EST

TIB. SOSÆ
VICTORINÆ LIB.
CVI EX DECRETO
DECVR.
OLLA PVBLICE
DATA EST.

In eiusdem domo Copetij ad lacum Lemannum.

D. M.
PHILETI BRITTAI
ANNORVM XXIIII. DEFVNCT.
.... CLAVDIANVS
FILI VNICI ET PIISSIMI
B. C.
SVB ASCIA DED.

Versoij ad lacum.

D. M.
LAVR. RESPECTO IVRE
NI ERVDITO CAVSIDICO
BIS CIVI VALINSÆ
ET IOVIS TRIDEI VNC-
TO ANNORVM XVIII.
FILIO PIENTISSIMO
L. AVR. RESPECTVS
PATER PONENDVM CVRAVIT.

Camerti Vmbrorum oppido in Picentinis montibus inuenta est hæc inscriptio.

C. TIBVL. C. SEMPRONII F. MAM.

L. NEP. INFERNO PLOTONI TRICORPORI
OXORI CARIS. TRICIPITIQVE
CEREBRO MVNVS MEVM FERENS
DAMNATAM DEDO ANIMAM ƎIƎAM
QVÆ HOC ME CONDO MONIMENTO
NE OBRVTIS DOMVS LAPSV FILIIS SEX
QVOS P. SCIPIO PATRIIS
CAMERTIBVS A SALO ET LIBYA
INCOLVMES RESTITVERAT
INDESOLATA ORBITATE SVPERSIM
MISERA Ǝ. ANN. L. M. I. D. I.
HOR. SCIT. NEMO. QVIETEM
POSTERI NON INVIDEANT.
QI SECOS. MANES
SENTVAT IRATOS. ƎALE ƎITA.
INFR. P. XX. IN AGRO P. XXXIX.

Non procul à Nouocomo iuxta Larium lacum.

L. CÆCILIVS L. F. CILO
IVL. VIR. AP.
QVI TESTAMENTO SVO HS. N. XXX. MVNICIPIBVS COMENSIBVS
LEGAVIT. QVORVM REDITV QVOT ANNIS PER NEPTVNALIA OLEVM
IN CAMPO ET IN THERMIS ET BALINEIS OMNIBVS QVÆ SVNT
COMI POPVLO PRÆBERETVR T. F. I. ET
L. CÆCILIO L. F. VALENTI. ET L. CÆCILIO. L. F. SECVNDO
ET LVTVLÆ F. CONTVBERNALI.
ÆTAS PROPERAVIT. FACIENDVM FVIT. NOLI PLANGERE MATER
MATER ROGAT QVAM PRIMVM DVCATIS SE AD ILLOS.

Labelli oppido Apuliæ.

P. LARTIVS P. F. BROCCHVS
LARTIA HORREA BONEIS PROBATA.
INVEISA SVM A NVLLA PROBA.
PARENS DOMINEIS SENIBVS.
HVIC AVTEM OBSEQVENS. ITA
LEIBERTATE ILLEI ME: HIC
DECORAT STOLA ET PVPVLA.
ANNOS VIGINTI OPTIMI
DOMVM OMNEM. SVPREMVS
FECIT IVDICIVM DIES. MORS
ANIMAM ERIPVIT. NON VITÆ
ORNATVM ABSTVLIT. EPIRVS CHILO
VIAT. PR. PL.

Beneuenti oppido Hirpinorum.

D. M.
L. SCENNI ANNEI AFRICANI
FIL. DVLCISSIMI. QVI VIXIT ANN. XII.
M. VIII. DIES X. PARENTES INFELICISS.
AMISSIONE EIVS PERPETVIS TENEBRIS
ET QVOTIDIANA MISERABILI
VLVLATIONE DAMNATI.

Ibidem.

T. NONIO MARCELLINO V. C. COS. COP.
PATRONO DIGNISSIMO OB INSIGNIA BENEFICIA

QVIBVS

QVIBVS LONGA POPVLI TABEDIA SEDAVIT.
VNIVERSA PLEBS BENEVENTANA
CENSVIT PONENDVM.

Patauij: pars hæc tabulæ marmoreæ videtur cum hoc inſcriptionis fragmento.

INFERENDI IN AREA. HVMANDI. SEPELIENDI IVS
POTESTASQVE ESTO. VT HVIC AREÆ QVAM EGO DEFINII
ET A FRONTE MACERIÆ DVXI. ET TITVL. POSVI
VLTRA EAM AREAM ET MACERIAM IN FRONTE IN AGRO
VERSVS LATE PED. X. RETRO VSQVE AD CANABETVM
HVIC AREÆ CEDIT. IN QVA PEDATVRA VSQVE HVMARI
NEQVE TVMVLVM FIERI VOLO. VT HABEAT
EA AREA ET A LATERE ACCESSVM SVVM.

EIVSMODI ſepulchralibus inſcriptionibus plena eſt Italia, cæteraque regiones vicinæ, ad quas Romani colonias miſerunt, vel ſuo imperio ſubiectas tenuerunt. Quas omnes recitare in immenſum opus extenderetur. Sufficiat Lectori paucula quæ hic inſerui legiſſe. Ego Deo volente librum peculiarem editurus ſum, quo continebuntur huius materiæ inſcriptiones diuerſæ, cum ſuis ſignis & marmorum forma. cuiuſmodi duos hos Romanarum inſcriptionum publicaui: At ne prolixior videar, moleſtiamque legentibus ingeram, claudam tractatulum hunc breuem duobus Epitaphiis iucundis, & lectu non indignis. Quorum primum repertum eſt Brixiæ vrbe Tranſpadanæ regionis, quod tale eſt.

D. M.

QVI ME VOLENT. VALETE
MATRONÆ MATRESQVE FAMILIAS
VIXI. ET VLTRA VITAM NIHIL CREDIDI.
ME VENERI ALVMNÆ ADDIXI
QVOS POTVI PELLEXI FILTRIS ET ASTV
VIRO HVMATO NON VIDVA FVI.
NEC MARITÆ NOMEN ADEPTA.
QVÆSO NON INVIDETE.
PORTIA FAMILIA EST VENERIS DOMVS.
ILLICIVM CVPIDINVM.
CAVE VIATOR NE ME DIV CALCATAM CALCES.

Romæ legitur Epitaphium Mulæ P. Craßi.


D. PEDIBVS SAXVM.
CIVCIÆ DORSIFERÆ ET CLVNIFERÆ
VT INSVLTARE ET DESVLTARE COMMODETVR.
PVBL. CRASSVS MVLÆ SVÆ CRASSÆ BENEMERITI
SVPPEDAMENTVM HOC CVM RISV POSVIT
VIXIT ANNIS XI.


FINIS.

DIONYSIVS
GOTHOFREDVS
I. C.
POSVIT.



QVOD H B H AEVITERNAE
SENECTVTEM SATVRNIAM
A DIS MANIBVS INVIDIA
SACRA OCCVLTAM
QVOESITAM DIV ET IREPERTAM
MVLTIS SAECVLIS
HERCVLEO LABORE
MANIBVS EORVM AVLSAM
IANVS BOISSARDVS
AEVITATIS ANTISTES
RELIGIOSISSIMVS RESTITVIT
OLLI IANO BOISSARDO
SATVRNIA SENECTVS
H B H AEVITERNA
DVLCISSIMI FOEDERIS
ET CONIVGII MEMORES
H B H N IN SENECTA
SENECTAM IN H B H
MERITISSIMVM PRAEMIVM
MEMORI DEDERE.


DIS MANIBVS
C.FVNDANIO
FIRMINO QVI VI
XIT ANN. XIIII. M. II. D.
VI. C. FVNDANIVS
HERMES ET CVSPIA
FIRMIA PARENT.
FECERVNT FILIO KA
RISSIMO ET POSTE
RIS. EORVM.
DIS MANIBVS
P. MARI. TERIS.



CAESIA CLEVLIMENE
C. CAESIO G. L. PHILARISTO VIRO SVO
ET SIBI FECIT.
D. CORNELIVS HILARIVS AMICVS
LOCVM OLLARVM DVARVM DEDIT.


M. AVRELIO M. F. SEVERIANO PREF. VRB.
M. AVR. SYNTYCHVS FILIVS ET
FLAVIA NICE PARENTI OPTVMO
FECERVNT VIX. A. L. M. III. D. I.
ET IVLIAE ZOSIMAE LIB. ET HYLLO.

In domo Cardinalis Medichini translatum Tibure



In palatio Cardinalis Medichini Tybure Romam adportatum.



H.


ΠΡΟΥϹΙΟΥ ΤΟΥ ΤΩΝ ΚΟϹϹΩΝ ΥΠΑΡΧ
ϹΤΡΑΤΗΓΙΚΩϹ ΚΑΙ ϹΟΦΡΟ













I. 2.



ΗΡΑΚΑΗΤΩΙ ΜΟΥCΑΓΗΤΗΙ
ΜΗΝCΦΙΑΟC.


In Quirinali:
In area domus Carpensium hortorum
Sub Statua Serapis.







D. M.
AGATHOPO AVG. L.
FLAVIA NICE.
CONIVGI B. M. F.


D. M.
T. FLAVIVS ATTICVS
AEDITVVS AEDIS
CONCORDIAE
HOSTILIAE SECONDAE
VXORI BENEMERENTI
RVM SANCTITATEM F.
ET SIBI E LIB. LIBERTAB.
SVIS POSTERISQVE
EORVM.


D. M.
HEDISTE
VIXIT ANNIS XXVII.
M. X. D. IIII. FECIT
CARPION
CONIVGI SANCTIS
SIMAE B. M.


DIS MAN.
ASCLEPIADI
ATHICTVS L. N.
A FRVMENTO
VICARIAE CARISSIMAE
BENEMERENTI
FECIT ET SIBI.

D. M.
M. AVRELIVS AVGG. L. SECVNDVS
SEVIVVS FECIT SIBI ET CAELIAE MARCELLINAE
CONIVGI SANCTISSIMAE ET SECVNDO FILIO
DVLCISSIMO Q.V. A. VIIII. M. III. D. X. ET LIBERTIS
LIBERTABVSQVE POSTERISQVE EORVM.

IN FR. P. XVI. S. IN AGR. PED. XVIII. ET ANTE FRONTE.
LAT. PED. X.

In hortis Carpensibus.


ATTALVS TI. AVGVSTI.
SIBI ET


VENVVIAE POSTHVSAE SVAE.


DEO HERCVLI
COMITI ET
CONSERVATORI
DOMINORVM
NOSTRORVM.


DIS MANIBVS
FLAVIAE ATHENAIDI
APOLLONIVS
IMP. DOMITIANI AVG.
GER. SER. PECVL. ET
FLAVIA PALLAS PARENTES
FILIAE CARISSIMAE FECER.

VIXIT MENSIBVS VII. DIEB XVIII.


D. M
C. ANNIO VALENTI
VET. EX NVM. FRVM
LEG. IIII. FL.
C. ANNIVS HERACLA
FECIT PATRONO B. M. ET SIBI
ENANNIAE PRIMIGENIAE
VXORI E LIBERT. LIBERTABVSQ.
SVIS POSTERISQVE EORVM
H. M. D. M. A.


DIS MAN
C. FICTORIO
VASCVLARIO
FICTORIAE PYTHVSAE
MATRI
C. FICTORIO C. FATICO
LEG. III GALLICAE
FRATRI VIX. ANN. XXV.
FICTORIA C. F.
ATTICILLA PARENTIB.
SVIS FECIT.


PITHECAE L.
HILARO DIVI AVG. L. ET
DOMITIAE ATHIS
PATRONI


IMP. CAES. IMP. CAES.
L. SEPTIMI SEVERI
PII PERTINACIS
AVG. ARAB. ADIABEN.
PARTHICI MAXIMI
FORTISSIMI FELICISSIMI
PP. FILIO
M. AVRELIO ANTONINO
PIO FELICI AVG.
TRIB. POTEST. III.
PROCOS.
TIBICINES ROMANI
QVI SACRIS
PVBLICIS PRAESVNT.

In domo Card: vallæi in diambularris ſuperioris domus
Sub Statua Neptum B. 68.




TERENTI VI. C. CL. ANTERO
LVMINARIVS VIVOS SIBI ET
TERENTIIS HILARO ET EPAPHRODITO
PATRONIS
CAECILIAE C. L. CHIAE VXORI
RENTIAE L. MVSAE LIBERT.
ET HOC Ↄ HILARO MVSAE FR.

D. M
ATTILIO KA
RO FILIO
DVLCISSIMO
ATTILIVS
EVTRAPELVS
PATER F.

D. M
IVLIA PATHV
SA QVAE VIX.
ANN. XVI. MENS.
II. DI. XXIIII.
MARTIA DORCAS
FILIAE INCOMPA
RABILI F.

In hortis Carpensibus.








HERCVLI PLACIDO
IABOLENVS AVG. LIB. D.

In hortis Carpensibus super porta qua desenditur ad fontem








M. COELIO
SVPERSTITI
FRATRI
OPTIMO
C. COELIVS
SECVNDVS.



SALVIANVS AVG.
LIB. FILIVS
VLPIAE DORCADI
MATRI DVLCISSIMAE
ET SANCTISSIMAE ET
INCOMPARABILI FEC.
ΘΕΑΙ ΕΠΙΚΘΩ.
ΑΡΤΕΜΙΔΙ
ΑΥΛΙΙ ΣΩΤΗΡΗ
ΑΥΡ ΕΛΠΙ ΝΕΙΚΗ.



N. OGVLNIO
RHODONI
VIXIT ANN. XXIIX.
MENSE I. DIES XX.
OGVLNIA HILARA
FILIO DVLCISSIMO
FEC.



D. M.
SCANTIO IVLIANO
P. SCANTIVS
AVGVSTALIS PATER ET
SERVILIA C.F. ISIAS
MATER FILIO PIISSIMO
FECERVNT
QVI VIXIT ANN. VIII.
MENS. V. DI. XII. HOR. VI.
CVIVS ANNOS INGENIVM
EXCEDEBAT.




In hortis Carpensibus














DIIS MANIBVS
SACRVM
HERBASIAE
CLYMENES
SEX HERBASIVS
NAVTILLVS SIBI ET
CONIVGI SVAE
SANCTISSIMAE FECIT.
IN. FR. P. XVIII.
IN AGR. P. XVII.

In hortis Carpensibus.



IN CARPENSIBVS HORTIS





DIS MANIBVS
P. EGNATI
NICEPHORI
IN FR P. XVIII. IN AGR. P. XVII.




SECVRITATI

HEMATHION ET

CARPO.



DIS MANIBVS
M. COCCEI SP. F.
AVGVSTALIS
VIX. ANN. XXVIIII.
M. VIIII. DI. XIII.
COCCEIA AVG. LIB.
PLVTIN MATER
FILIO PIISSIMO.

In hortis Carpensibus












In Carpensibus hortis in quirinali


ad ingressum vineæ majoris sub statua virginis





DIS MANIBVS
T. LARCI
CERINTHI
T. LARCIVS
SPANIVS ET
T. LARCIVS
THEOPOMPVS
PATRONO BENE
MERENTI QVI VIXIT
ANNIS LXIII.



DIS MAN.
SERGIO EVCOMO
VIX. ANN. XX
DIEB. VI. HOR XII
EVCLIMENE
MARTIALIS
ET EVCOME
FRATRI PIIS
SIMO MOESTISSI-
MAE POSVERVN


C. SELICIVS C. L. GLYCO SIBI ET
RVTILIAE P. L. EROTINI
P. RVTILIVS SP. F. COL. LVPVS
RVTILIA LVPI LIB. OPORA
SELICIA C. LIB. MELETE
C. SELICIVS C. ET P. RVTILI LIB FELIX.






In hortis *Carpensibus*





P. CORNELIVS FAVSTVS
SILVANVM
CVM BASE
DEDICAVIT
IDIBVS APRILIB.


IMP. CAES. M. AVRELIO
ANTONINO I. IMP. VERO
AVGVSTO COS. II.


In Carpensibus hortis





D. M.
M. CAECILI AVGVS
TIN V. A. VIII. M. IX
D. XXIII M. CAECILIVS
CALLISTIANVS
ALVMNO KARISSIM.
POSVIT.



D. M.
T. FLAVIO RVFO
T. F. FLAVII
VENVSTVS ET
SATVRNINVS
FRATRI
PIENTISSIMO
FECERVNT.



D. M.
AVR. PRIME
B. M. M. AVR.
MAXIMVS MIL.
ET AVR. MV
CIANVS FRA
TERNVS
NEGOTIANTES
BENEMERENTI
FECERVNT.



DIS MANIB.
M. VINCI
M. F. MEVIATI
VIX. ANN. XXII
MEN. VII. ANICIA
PATRON. LICONTIVS
POSVIT.



D. M.
AEL. LVCILIANO
PP IVL. HONORA
TA CONIVNX
CONIVGI KARIS
SIMO ET AEL.
FLAVIANVS
PATRI PIISSIMO
B. M.
FECER.



DIIS MANIBVS
LICINIAE TYCHE
L.LICINIVS STRICO
FIL. MATRI SVAE
PIISSIMAE FECIT
VIX. ANN. XXXV.


D. M. S.
CN. CORNELIO
CN. F. SAB.
MVSAEO
MANCIPPIVLAE APPIAE
HERENNIA PRISCILLA
CONIVGI
BENEMERENTI
FECIT



GALLICANO ET VETERE COS.
VITIDIAN COH·I·PR. 5
SATRI GENIO 5 MISSI
HONESTA MISSIONE VII
HIBERO COS.
SP.L.CESORIVS IVSTVS VIR VNO
L.VOLCEIVS SEVERVS SEPTIMO
Q.SEXTILIVS RVFVS FLANORA
C.VALERIVS VERANVS TRIOENTE
SERVIANO III COS.
T.ANNIVS CRISTINVS CVLRAMAR
T.ANICNIVS PRIMVS PERINTHO


M. ATTIO
M. F.
SVBVRRANO
ALVMNO
KARISSIMO


DIS MANIBVS
IVLIAE MELIAE ET
CLAVDIAE PAEZVSAE
POSVIT
PHARNACES IMP.
CAESARIS CONIVGIBVS
SVIS BENE
MERENTIBVS



L. VALERIVS L L.
ALEXANDER SIBIET
VALERIAE L L ATTICE
L. VALERIVS L L LIMEN F.
VALERIA L L. IRENE
L. VALERIVS L L. FAVSTVS
VALERIA L L VRBANA
VALERIA L L ATTICE
L. VALERIVS L L. IANVA-
RIVS
L. VALERIVS L Ɔ L
SELEVCVS SIBIET SVIS
VALERIA LƆL ARTEMIS
L. VALERIVS LƆL. HYLLVS
L. VALERIVS LƆL. PHILEROS
L. VALERIVS LƆL. DIOGENES
VALERIA LƆL. MARTA
L. VALERIVS VRBANVS
VALERIA ARESCVLA
L. VALERIVS PAPIA HVNC LOCVM MONV RELIQVIT L. VALERIO HIERONI HEREDI SVO
HIERO L. VALERIO AMPHIONI ET DIOGENI HEREDIBVS SVIS IN PENORII K D

In vineam Carpensi prope portam superiorum qua itur ad Quirinalem



In Carpensi vinea superiore

M. TERENTIVS AL.
THEOPHILVS
CLODIA P. F. VXOR.



R



DEVAS
CORNISCAS
SACRVM.
I.O.M. SACR.
VOTO SVSCEPTO PRO SALVTE
AVG. GERMANICI
PONT. MAXIMI. TRIB. POT.
D. VETVRIVS ANTIGONVS
D. VETVRIVS SP. F. PHILO
D. VETVRIVS ALBANVS
PATER CVM FILIIS POSVIT





DEAE SYRIAE SACR
VOTO SVSCEPTO PRO
SALVTE
AVG. GERMANICI
PONTIFICIS MAXIMI TR. POT.
D. VETVRIVS ANTIGONVS.
D. VETVRIVS SP. F. PHILO.
D. VETVRIVS ALBANVS
PATER CVM FILIIS POSVIT

L. CASSIVS L. F.
ROMNIGER.
DOMOATESTAE
MILES COH. I. P. R.
MILITAVIT ANN. XVII
VIXIT ANNIS XXXVI



D. M.
T. CL. TITIANO
CL HIERATICI FILIO
VIXIT ANNIS XIX.
DIEB. XXVIIII.
FABIA HYGIA
MATER INFELICISSIM.
FILIO PIENTISSIMO
FECIT ET SIBI
POSTERISQVE SVIS



C. CORVNCANIO
C.F. POL.
ORICVLAE
PRAEF. FABRVM
TRIB. MIL. LEG. XXI
RAPACIS EX
TESTAMENTO EIVS
CVRAVIT IVLIA
PIA VXOR.



C. AFIONIVS C. FIL. QVIRINA LVCILLVS
ALR. RVFINIANVS COS. FRATER ARVALE
PRAEF VRBI ELECTVS AD COGNOSCENDAS VICE CAESARVS
COGNITIONES PROCOS. PROV. AFRICAE XX. VIRO EX SENATV
NORI CVRANDAE CVRATOR AQVARVM EI MINI
NI ET TIBERIS ET CLOACARVM VRBIS ECALVS PROV.
AFRICAE EODEM TEMPORE VICEPROCONSVLIS CVRATORI RE
LOIANORVM CVRATORI REIPVBLICAE SVESSANORVM
PRAETOR KANDIDATVS QVÆSTOR KANDIDAT.
ELECTVS IN FAMILIAM PATRICIAM X VIRO
ET LITIBVS IVDICANDIS.



SYMPHORO
SVO
ALEXANDER
PATRONVS
O. D. S. M.



D. M.
M. HERENNI
Q. FIL.
MONTANI.
V. A. XXX.



PIISSIMO AC FORTISSIMO
FVNDATORI PACIS
AC PVBLICAE
LIBERTATIS
AVCTORI
D. N. FLAVIO VAL.
CONSTANTIO
NOBILISSIMO CAES.
VAL. HONORATVS V. P.
RAT. S. R. D. N. M. Q. EIVS.



DIS MANIBVS
SACR.
L. CORNELI SACERGI
ET CORNELIAE VENERIÆ
ACONTIVS LIB.
PATRONIS
ARAM DON. D.



DIIS
MANIBVS
IVNIAE M.F.
GEMINAE


PHO TEMPLVM
EX VISO A SOLO IMPENDIIS
RESTITVIT COLONVS AL
ES NVTRICIS FECIT CONSER
SILVANO
SANCTO SACRO
LARVM CAESARIS
N̄. ET COLLEGI MA
GNI CN. TVRPILIVS
TROPHIMVS VOTO
SVSCEPTO ARAM
DE SVO D D.



D. M.
FABIAE Q. F.
ET LICIAE
IVLITTAE
CONIVGI
KARISSIMAE
VIXIT ANN. XVII



L. CORNELIVS
HERMES
CORNELIAE
AMANDAE
LIBERTAE ET
CONIVGI
KARISSIMAE
ET SIBI.



ARAM IOVIS FVLGE
RATORIS EX PRAECEP
TO DEORVM MON
TENSIVM VAL. CRES
CENTIO PATER DEORVM
OMNIVM ET AVR EXV
PERANTIVS SACERDOS
SILVANI CONERATRIBVS
ET SORORIBVS DEDI
CAVERVNT.




In Vinea Carpensi







In Vinea superiore Carpensi



T.

In Vinea Carpensi


ΗΛΛΘΕΟΝ ΚΑΛΟΚΑΙΡΟΝ ΕΛΕΙ
ΤΟΔΕ ϹΗΜΑ ΛΙΠΟΥϹΗϹ
ΦΥΧΗϹ ΑΘΑΝΑΤΟΥ
ϹΩΜΑ ΝΕΟΙΟΚΟΡΟΥ Ϲ
ϹΠΕΥΔΕΝ ΟΔΟΝ ΘΕΙΗΝ
ΓΑΡΑΤ ΠΡΟΔΙΠΟΥϹΑ
ΜΕΡΜΙΝΑϹΑ
ΓΕΥΚΕΔΑΝΟΙΟ ΒΙΟΥ
ΩΚΑΝΙΗ ΚΑΘΑΡΗ.




D I S
MANIBVS.
VERAE
SVAE
BENE
MERITAE
TITIVS
EVTRAPELVS

M D M
I D

ATILIA
NA.



D. M. S.
MAXIMVS
V.A.XVII. M.IIII. D.V.
MAXIMVS ET
MOSCHIS
FILIO
PIISSIMO



D. M.
AELIAE
POTITAE
NARA
CONIVGI
OPTIMAE
FECIT.


XANTIVS AENI
DISPENS.


BABBIAE M. F.
PRISCAE
P. QVINCTIVS NVMIDA
VXSORI.

VENERI
PLACIDAE
SACRVM.


DIS MAN.
TESIA COMPSE
FECIT T. FLAVIO
PARNASENI
CONIVGI BENE
MERENTI
VIXIT ANNIS LV.


D. M.
AVCTO.
V.A.I.M.VII.
D.XXI.FECIT
LARCIA
TYCHE
NEPOTI SVO.


D. M.
ET MMM.VLPI HELIADI
FECERVNT M. VLPIVS
PRAENESTINVS ET
AELIA AELIAS AELIO
DVLCISSIMO
V. AN. I. M. II. D. XXIIII.



D M
TIB. IVCVNDO
I. R. LEG. XXX. VLP.
FLAVI. FRVCT
SET VISTO RO.
I. R. LEG. EIVSDEM
HERED. F. C.

D. M.
HAELIA RODIAS Q. V.
ANN. DVOBVS M. VIIII.
DIAEBVS XIIII. FECIT
HAELIVS ALYPVS FILIAE
DVLCISSIM.

EX DOMO
CAESARVM ET
LIVIAE
LIBERTORVM ET SERVORVM.

L. CASSIVS L. F.
ROMNIGER.
DEMOATESTAE
MILES COH. I. P. R.
MILITAVIT ANN. XVII.
VIXIT ANNIS XXXVII.

DIIS
MANIBVS
L. CAECILI
MAXIMI
MENSORIS
AEDIFICIORVM.


DIIS MANIBVS
HILARVS VIXIT ANN. VI
MENSIBVS VII.

CLAVDIA SPYCARIO
FECIT SIBI ET EVTYCHO
FILIO SVO PIISSIMO
IMP. DOMITIANI CAESARIS
AVGVSTI GERMANICI SERVO
DISPENSATORI MONTANIANO

ET LIBERTIS LIBERTABVSQVE SVIS
POSTERISQVE EORVM.
H.M.H.M.S.


D. M.
A. ATINIO A.F. PAL.
PATERNO
SCRIBA AEDIL. CVR.
HON. VSVS AB. IMP.
EQVO PVBL. HONOR
PRAEF. COH. II. BRACAR.
AVGVSTAN. TRIB. MIL
LEG. X. FRETENS. A DIVO
TRAIANO IN EXPEDITION
PARTHICA DONIS DITAT.
PRAEF. ALAE VII. PHRYG. CVR.
KAL. FABRATER. NOR. NOVOR.
ATINIA A.F. FAVSTINA PATRI
OBTIMO FECIT.



D.M. OPTATO
AVG.SER.POMPEIA
SYNTYCHE FRATRI
PIISSIMO FECIT.


D. M.
P. MARIO CAS
TORI MARIA
RHETORICE
CONLIBERTO
ET CONIVGI B.M.
F.


D. M.
M.AVRELIO AVG.LIB.
ONESIMO CVBICVLI
ET ALOCIS CVBICVL STATI
M.AVRELIVS DIONVSEVS
PATRONO PIENTISSIMO
ET BENEMERENTI FECIT
OSSVA POSITA SVNT
VI.IDVS NOVEMB.CRISTI
NO DECAELIANO COS.
ARA XV.KAL.IANVAR.


D. M.
MESSIAE SP. F.
SVAVI
L. SERGIVS
HELENVS VXORI
KARISSIMAE
FECIT


D. M.
TALLIONE
AELIVS MARTIALIS
AVG. LIB.
B. M. FECIT


D. M.
CALPVRNIAE CEREALI
LIB. ET CONIVGI DVLCIS
SIMAE CALPVRNIVS
EVHEMER ET MON
TANVS FILIVS
B. M. F.
H. M. E. HS MN.
IN. FR P. XV. S. A' PETR. P.

X.


D. M.
NORICAE
PIENTISSIMI
PARENTES
SVI FECERVNT
VIXIT ANN.
VIII. D. XXI.


ωΤΑΚΙΛΛΙΑ ϹΕΡΑΠΙΑΔΙ
ΛΟΥΚΡΗΤΙϹ ΑΚΤΙΑ
ΚΟϹ ΤΗ ϹΥΜΒΙωΙ
ЄΥϹЄΒΙΑϹ ΧΑΡΙΝ
ϹΥΝΒΙωϹΑϹ ΗΜΟΙ
ЄΤΗ ΤЄϹϹЄΡΑΚΟΙ


D. M.
D. LVCILIO D. F. TERMINALI
VIX. ANN. XXV. M. V. D. X.
LVCILIA HELPIS MATER
BENEMERENTI FECIT.

D I S
MANIBVS IV-
NIA TETHIS
FECIT IVNIAE
SECVNDAE PA-
TRONAE SVAE
B. M. DE SE. SIBI
ET POSTERISQVE
SVIS S. I. I. I.


D. M.
AELIA FELICITAS
CONIVNX IVLIANO CONIV-
GI BENEMERENTI HVNC
TITVLVM FECI


DIS MANIBVS
M. POBLICIVS
CHRYSEROS FECIT
CLAVDIAE TOSIMENI
VXORI BENEMEREN.
CLAVDI AGATHOPI LIB.
VIX. ANN. XXX.


D. M.
PELAGIVS ET
FORTVNATA
FILI PARTHEN
I O. PATRI BENE
MERENTI


AIMNESTVS CAESARIS
SER. VIXIT ANN. XXX.
IVLIA OLYMPIAS
D. S. F.


Θ Κ
ΑΙΜΑΘΙΟΝΙ
ΥΙΩΙ ΓΛΥΚΙ
ΤΑΤΩΙ
ΩΝΕΙΑC
ΑΡΧΙΕΡΕΥC
ΚΑΙ
ΠΡΟΦΗΤΗC.


TI. CLAVDIVS ƆL. IANVARIVS VIXIT ANN. X. MENS. VI. DIES. XXII. HOC MONVMENTO CONDITVS EST
TI. CLAVDIVS SCARIPHIL VITALIS
ARCHITECHTVS V. A. XL.
FECIT SIBI ET SVIS
TI CLAVDIO VITALI F. V. A. IIII. M. VII. D. VIIII.
CLAVDIAE VITALIS L.
PRIMIGENIAE
CLAVDIAE VITALIS F.
OPTATAE.

M. COELIVS ABASCANT

EMPTO LOCO FECIT SIBI ET
SVIS POSTERISQVE EORVM

IN. FR. P. XI. T. IN AGR. P. XII.

ET AREA ANTE MONVMENTVM
COMMVNEM CVM POPILIO EVPHEMO
IN. FR. P. XII. IN. AGR. P. XII.

D.  M.

MAVRELIVS AVGG
LIB. HERMADIO TABVL.
XX. HER. VIVOS SIBI
FECIT ET CALIOPE LIB.
SVAE KAR ET CAETERIS
LIB. LIB. SVIS POSTERISQ.
EORVM.

IN. F. P. XII. ∫. IN AGR. X.


M. H. N. S.


FABIAE PYPALLIDI OPTIMAE
ET SANCTAE PATRON. DE SE BENEMERI
ARTEMISIVS LIBERTVS


CVNCTORVM HAEC SVBOLI SEDEM
POST MORTE RELIQVIT ANTE
TAMEN NATO CONIVGE ET ANTE SVO.
NONDVM SECVRA DVM FLET MAES
TISSIMA MENTE OCCIDIT ET
TRISTES DECEPIT MAESTA FOVENDO
SED NOS SOLLICITI MEMORESQVE
PARENTIS AMORE MATREM CVM
NATO CONIVGE CVMQVE SVO
SECVROS COLIMVS MEMORES VE
NOMINE NOSTRO. ET FACIET


SVBOLES MVLTOS MEMORATA PER ANNOS
SACRA DEIS PATRIBVSQVE SVIS
MEMORESQVE PRIORVM ET MEMO
RES NOSTRI NOSTRORVMQVE ALTA
PROPAGO AETERNVM SERVENT
SEMPER MEMORABILE NOMEN.
QVISQVIS ES AVT OLIM NOSTRA DE
STIRPE FVTVRVS SIS MEMOR
ANTIQVI NOMINIS ET TITVLI. IN
QVORVM TITVLO HIC DATVR ESSE
LOCVS ET DOMVS AETERNAE
TV TVEARE FOCOS.

In Vinea Carpensi










In Quirinali ad oratorium Neronis





ΘΕΩΙ ΑΛΕΞΙΚΑΚΩΙ
ΓΛΥΚΩΝ.


ΦΥCΙC ΠΑΝΑΙΟΛΟC.
ΠΑΝΤ ΜΗΤ.


L. ANNAEVS
MER.
VICIT C IV.
SECVND. TVLIT
XX IIIIX.
TERT. TVLIT XIIX.
PAL. ET COR. V.
DIVI TRAIANI
AVG. MVN.


ΠΛΟΚΑΜΟϹ
ΕΠΟΙΗϹΕ
ΦΟΚΕΙΩΝ ϹΥΝ ΜΥΡ




SALONINA AVG.



MYRRI . LINI . LYSIPPI .


In Quirinali






Ad templum S. Susannæ in Quirinali.





In Quirinali non procul a templo S. Susannæ





D. M.

L. STATILIO TENESIMO
TERENTIA SVCCESSA
PATRONO BENEMERENTI
F. F.

B B.

In Salustrico non procul a templo S Susannae





IVNONI PLACIDAE
CONSEVATRICI AVGVSTAE


CLAVDIA SABBATIS
BVLLAM D D.

ADDIDIT ET SCYPHVM ET
TRIPODEM FORTVNAE AVG.



MENALIAE ET AGATHIAE
PARENTIBVS SANCTISSIMIS
EPAPHRAS
POSTREMVM PRAESTITIT OFFICIVM
BIXIT AN. XXXVI. M. I. D. IIX. B. AN. VI. M. IX. D. I.

In hortis Bellaianis



S FECIT SIBI ET LICINIAE ISAVRICAE CONIVGI
ATVRNINO ET LICINIAE BRASILANAE FIL.
ER. LIB. POSTERISQVE.



M. AVR. PACORVS. AEDI
TVVS SANTAE VENE
RIS IN. SALVST HORTIS

SPEI


ARAM. CVM PAEMENTO
SOMNIO MONITVS SVM
TV SVO D D.

XX
IIV

M. NAVIVS M. F.
THALES SARD.
TYG. ET. NON.
MYSIAE
COL.
STAT.



Sub Quirinali



D.D. NN. DIOCLETIANVS ET
MAXIMIANVS INVICTI SENIORES
AVGVSTI PATRES IMPERATORVM ET
CAESARVM CONSTANTIVS ET MAXIMIA-
NVS INVICTI AVGG. ET SEVERVS ET MAXI-
MIANVS NOBILISS CAESARES THERMAS
FELICES DIOCLETIANI FRATRIS SVI
NOMINE CONSECRAVIT COEPTIS AEDI
FICIIS PRO TANTI OPERIS MAGNITV
DINE OMNI CVLTV PERFECTAS
ROMANIS SVIS DEDICAV.


In arcu S. Viti supra Suburranam Viam


GALIENO CLEMENTISSIMO PRINCIPI
CVIVS INVICTA VIRTVS SOLA PIETATE
SVPERATA EST M. AVRELIVS VICTOR
DEDICATISSIMVS NVMINI MAIE
STATIQVE EIVS.





Q. LVCTATIVS Q. F. MENS.


SILVANO
D D.


FL. EVRYCLES
EPITYNCANVS VC.
PRAEF. VRB. CONDI
TOR HVIVS FORI
CVRAVIT.


D. M.
CLEMENTI CAESAR
VM NN. SERVO
CASTELLARIO
AQVAE CLAVDIAE
FECIT CLAVDIA
SABBATIS
ET SIBI ET SVIS









Vbi pecuniæ oblationum reconduntur.



prope altare.







D M

GENIO AVGG. LAR. SAL.

FORTVNATVS

AVG. LIB.

In templo S. Ioannis Laterani.



In templo Laterano. In templo S. Clementis.




D. M. LORINI
ARTEMAE FECIT
AVRELIA CONIVGI
B. M.


D. M.
MARTIA L. F.
EVHODIA
TI. CLODIO
EVMELO CONIVGI
BENEMERENTI
ET SIBI FECIT

Tabula hæc ænea affixa est parieti in Templo S. Ioannis Laterani.

FOEDVS VE CVM QVIBVS VOLET FACERE LICEAT
ITA VTI LICVIT DIVO IVLIO CAESARI DIVO
AVG. TIBERIOQVE ET CLAVDIO CAESARI AVG.
GERMANICO

VTIQVE EI SENATVM HABERE RELATIONEM FACERE REMITTERE SENA
TVS CONSVLTA PER RELATIONEM DISCESSIONEMQVE FACERE LICEAT ITA
VTI LICVIT DIVO AVG. DI. IVLIO CAESARI AVG. TI. CLAVDIO CAESARI AVG.
GERMANICO


VTIQVE CVM EX VOLVNTATE AVCTORITATEVE IVSSV MANDATVVE EIVS
PRAESENTEVE EO SENATVS HABEBITVR OMNIVM RERVM IVS PERINDE
HABEATVR SERVETVR AC SI E LEGE SENATVS EDICTVS ESSET HABERETVRQ.
VTIQVE COS. MAGISTRATVM POTESTATE IN IMPERIVM CVRATIONEMVE
CVIVS REI PETENTES SENATVI POPVLOQVE ROMANO COMMENDAVERIT QVIB. VE
SVFFRAGATIONEM SVAM DEDERIT PROMISERIT EORVM COMITIIS QVIBVSQVE
EXTRA ORDINEM RATIO HABEATVR. VTIQVE EI FINES POMEAII PROMO
VERE CVM EX REPVBLICA CENSEBIT ESSE ITA VTI LICVIT TI. CLAVDIO
CAESARI AVG. GERMANICO

VTIQVE QVAECVNQVE EX VSV REIPVBLICAE MAIESTATE DIVINA
RVM HVMANARVM PVBLICARVM PRIVATARVMQVE RERVM ESSE
CENSEBIT EI AGERE FACERE IVS POTESTASQVE SIT ITA VTI LICVIT
AVG. TIBERIOQVE IVLIO CAESARI AVG. TIBERIOQVE CLAVDIO
AVG. GERMANICO FVIT

VTIQVE QVIBVS LEGIBVS PLEBEIVESCITIS SCRIPTVM FVIT NE DIVVS AVG.
TIBERIVSVE IVLIVS CAESAR AVG. GERMANICVS
TENERENTVR IIS LEGIBVS PLEBEIQVESCITIS IMP. CAES. AVG.
VESPASIANVS SOLVTVS SIT QVAEQ. EX QVAQVE LEGE ROGATIONE
DIVVM AVG. TIBERIVMVE IVLIVM CAESAREM AVG. TIBERIVMVE
CLAVDIVM CAES. AVG. GERMANICVM FACERE OPORTVIT
EA OMNIA IMP. CAESARI VESPASIANO AVG. FACERE LICEAT. VTIQVE
QVAE ANTE HANC LEGEM ROGATAM ACTA GESTA DECRETA IMPERATA
AB IMPERATORE CAESARE VESPASIANO AVG. IVSSV MANDATVVE
EIVS A QVOQVE SVNT EA PERINDE IVSTA RATA SINT AC SI POPVLO
PLEBISVE IVSSV ACTA ESSENT


SANCTIO

SIQVIS HVIVSCE LEGIS ERGO ADVERSVS LEGES ROGATIONIS PLEBISVE SCITA
SENATVSVE CONSVLTA FECIT FECERIT SIVE QVOD EVM EX LEGE ROGATIONE
PLEBISVESCITO S. VE C. FACERE OPORTEBIT NON FECERIT. HVIVS LEGIS ERGO
ID EI NE FRAVDI ESTO. NEVE QVID OB EAM REM POPVLO DARE DEBETO.
NEVE CVI DE EA RE ACTIONE IVDICATIO ESTO: NEVE QVIS DE EA RE APVD
ALIQVEM AGI SINITO C L SINITO.



TI. CLAVDIVS TI. F.
NERO
PONTIFEX COS. ITERVM
IMP. ITERVM
LVDOS VOTIVOS
PRO REDITV
IMP. CAESARIS DIVI F.
AVGVSTI
PONTIFICIS MAXIMI
IOVI OPTIMO MAXIMO
FECIT
EX S C.

In templum S Clementis repositorium aquæ lustralis




D. N. CONSTANTINO PIO FELICI
AC TRIVMPHATORI SEMPER AVG.
OB AMPLIFICATAM TOTO ORBE
REMPVB FACTIS CONSILIISQVE
S. P. Q. R.
AEDEM CONCORDIAE
VETVSTATE COLLAPSAM IN
MELIOREM FACIEM OPERE ET
CVLTV SPLENDIDIOREM
RESTITVERVNT.


In Xenodochio Laterano




In Xenodochio Laterano




In sacello Xenodochij Laterani B. 146
M. COELIO
DIONYSIO LICTORI
FRATRI OPTIMO
COELIVS SECVNDVS F.
G G


FL. PVBLICIAE V.V.
MAX. MERITO SANCTISSIMAE
AC PIISSIMAE QVAERITAE AC PERVIGILI
ADMINISTRATIONE OMNES GRADVS LAVDE
CVMVLATA SACRA SVA VENERATA VIVIT
VT SAECVLARI AETATE MINISTERIO
ADSIT ET IN FVTORO PERSEVERET
Q. TERENTIVS RVFVS ET CAENIA
VERISSIMA PARENTES
TERENTIAE RV. FILIAE V.V.
CVIVS MVTI TEMPORIS BONITATEM
ET HVMANITATEM EIVS CIRCA SE
IN BREVI SENSERVNT.


GERMANICO CAESARE
C. FONTEIO PITONE COS.
K. IAN.
STATAE FORTVNAE AVG.
SACR.
SEX. FONTEIVS Ɔ. L. TROPHIMVS
CN. POMPEIVS CN. L. NICEPHOR
MAG. VICI
SANDALIARI REG.
IIII. ANNI. XVIII.
D. D.



In domo Marci Aemylini in Agone

